¶ Dōm ꝙ actus actiuoꝝ ſunt in patiente ⁊ diſpoſito. quāto enī patiēs eſt magis diſpoſitū tanto magis ꝑficit̄ ſm̄ formā quā recipit. ⁊ quāto magis ꝑficit̄ ſm̄ formam tanto magis pōt exercere opera cōpetētia illi forme vt ſi diſgregare eſt opus cōpetēs albedini quāto aliq̄d eſt magis diſpoſitū ad albedinē tāto magis perficit̄ ſm̄ formā albi. ⁊ per ꝯn̄s tanto magis diſgregat. bonitas ḡ tactus h̄ mō dr̄ deſeruire bonitati mentis. qꝛ tact⁹ ōbꝫ eſſe media ꝓportio tangibiliū. organū. n. tact⁹ nō pōt oīo denudatū eſſe a q̄litatibus ſenſibilib⁹: attamē quanto illas q̄litates hꝫ minus excellētes ⁊ minus extremas tāto exn̄s in medio melius ꝑcipit alias q̄litates tangibiles. de rōne itaq̄ bonitatis tactus eſt eſſe mediā ꝓportionē tangibiliū. inde eſt ergo ꝙ hō eſt melioris tactus q̄ aīalia cetera. qꝛ corpus humanū magis eſt redactū ad mediū: ⁊ miſcibilia in illo corpore ēt magis ſunt redacta ad mediū q̄ in corporibus alijs. ſic ēt ⁊ inter ipſos hoīes hn̄tes corp⁹ redactū magis ad mediū ſunt meliores tact⁹ q̄ alij. itaq̄ ſi bonitas tact⁹ ꝓuenit ex eo ꝙ corp⁹ eſt bn̄ redactū ad mediū. corp⁹ aūt ſic redactū eſt bn̄ ꝓportionatū aīe ſeq̄tur ꝙ homines boni tact⁹ habeāt corp⁹ bn̄ ꝓportionatū aīe: ſꝫ cū mā eſt bn̄ ꝓportionata forme meli⁹ exercent̄ in ea actiones illi⁹ forme vt ſuperius dicebat̄. q̄re cū corp⁹ eſt bene diſpoſitū ⁊ ꝓportionatū aīe per ipm̄ melius exerceri poterunt opera debita ipſi aīe. bn̄ ḡ intelligere ⁊ eſſe prudētem ⁊ ingenioſum cōuenit hoībus hn̄tib⁹ bonū tactū. qꝛ tales hn̄tes corp⁹ bn̄ ꝓportionatū aīe liberius poſſūt hꝫ opera exercere. ¶ Qđ v̄o obijciebat̄. qꝛ ſenſus tact⁹ ē materialior ceteris petit̄ in argumēto qđ eſt in ꝯrio. arguit̄ enim oppoſitū nō ꝓpoſitū. nā qꝛ hꝫ ſenſus eſt māliοr ceteris: ⁊ eſt fundamentū oīum alioꝝ ſenſuū habētes hunc ſenſum bonū. ſequit̄ ꝙ habeant mām̄ bn̄ diſpoſitam et corp⁹ bn̄ ꝓportionatū. q̄re ſicut opera artis facili⁹ liberi⁹ ⁊ melius exercent̄ per organa bn̄ diſpoſita ⁊ bn̄ ꝓportionata ipſi arti. ſic opera ipſi⁹ aīe melius fiunt ꝑ corp⁹ bene diſpoſitū ⁊ bene ꝓportionatū ſibi. ¶ Qđ v̄o vlteri⁹ addebat̄ de mollicie mulierum. ¶ Dōm ꝙ mollicies carnis. tūc oñdit induſtriā mētis q̄n arguit bonitatē tactus. dupliciter itaq̄ q̄tū ad pn̄s ſpectat poſſūt aliq̄ habere molles carnes. p̄mo q̄dē ex bonitate ꝯplōnis: vt qꝛ hn̄t ꝯplexionē rarā ⁊ bn̄ diſpoſitā: ⁊ tūc ſunt boni tactus ⁊ bn̄ apti mēte. 2⁹ hoc pōt ꝯtingere ex ſupabūdātia fl'atis: ⁊ q̄ tales ſunt nō ſūt boni tact⁹. qꝛ nō hn̄t q̄litates ſenſibiles bn̄ redactas ad mediū: ſunt ḡ tales male ꝯplōnis ⁊ mali tact⁹: nec oꝫ eos eſſe bn̄ diſpoſitos. talis ḡ ē mollicies carnis in mulierib⁹. tales ēt ſunt multū flegmatici q̄ videnẗ molles carnes habere nec ſunt apti mente.

**Vlterius forte** dubitaret aliq̄s. vtrū bonitas alioꝝ ſenſuū faciat ad bōitatē ītell'ſ. ⁊ videt̄ ꝙ ſic. qꝛ ſm̄ phꝫ p̄mo meta. dato ꝙ ſenſus nō ſeruirēt nobis ad aliquā neceſſitatē vite. maxīe tn̄ diligerem⁹ illū ſenſū q̄ eſt ꝑ viſū. qꝛ plēs dr̄ias reꝝ nobis ōmōſtrat: ſed quāto ſenſus plēs dr̄ias reꝝ oñdit tāto magis deſeruit ipſi intellectui bonitas. ḡ viſus maxīe faciet ad bonitatē ītellect⁹. ¶ P̄. quāto ſenſus eſt magis diſciplinalis tāto magis vr̄ facere ad bonitatē mētis ⁊ ad bonitatē diſciplīe. ſꝫ maxīe diſciplinal' ſenſus ē audit⁹: vt pt̄ patere ex p̄mo meta. ergo ⁊c̄. ¶ In ꝯriū ē phs q̄ ait ꝙ ſꝫ nullū aliū ſenſū dicim⁹ hoīes eſſe īgenioſos p̄ter q̄ ſm̄ tactū. ¶ Dōꝫ ꝙ in acgrēdo ſciaꝫ h̄ eſt ordo. qꝛ nr̄a cognitio īcipit a ſenſu. ſed finit̄ ⁊ terminat̄ cognitio nr̄a ꝑ iudiciū ītell'ſ. offerunt̄. n. nobis p̄ res ipſe per ſenſus: ⁊ tunc circa res ipſas nobis per ſenſus oblatas negociamur ꝑ iudiciū ītell'ſ. inde eſt ergo ꝙ deficiente ſenſu neċe ē ſciam deficere q̄ ſm̄ illum ſenſum eſt: vt phus in poſterioribus

sit. qꝛ nisi offerrentur nobis res ꝑ sensus ñ possem⁹ ex eis cape sciam: nec circa eas negociare possem⁹ ꝑ iudiciū intellectus: deseruiūt itaqꝫ oēs itellectui sensus: qꝛ per oēs sensus nobis offerunt̄ aliqua obiecta: circa q̄ negociādo per itellectū accipimus eoꝝ sciaꝫ. ¶ Est tamē diligēter notādū ꝙ aliud est q̄rere vtꝝ hic sensus deseruiat itellectui: ꝛ vtꝝ ꝑꝑ bonitatē h⁹ sensus possum⁹ arguere hoīeꝫ esse bone mētis ꝛ boni itellectus. nā ꝓpter hoc ꝙ multa offerunt̄ itellectui alicui⁹ ꝑ se ꝛ directe. nō ꝑꝑ h̄ dicimus ipꝫ esse bñ dispositū ḿm mēteꝫ vel eē boni itellect⁹: sed si circa illa oblata qs bñ negociat̄ ꝑ iudiciū itellect⁹: ꝛ bene subtil'r sciat de eis v̄itatē exq̄rere: dicet̄ hōe mētl ꝛ boni intellectus. ꝛ qꝛ ꝑ quēlibꝫ sensū offerunt̄ itellectui nr̄o aliq̄ oba: tñ bonitas solius sensus tact⁹ facit vt de illis oblatis ꝑ itell'm ꝑspicaciter v̄itatē ītueamur. nā lꝫ q̄libꝫ sensus deseruiat itellectui: tñ sola bonitas tact⁹ arguit bonitatē intellect⁹. nā ex h̄ ꝙ qs est boni visus vel boni audit⁹: nō ꝑꝑ hoc hꝫ corp⁹ bñ ꝓportionatū aīe: nec ꝑꝑ hoc hꝫ ꝯplōnem bñ redactā ad mediū. nā corp⁹ bñ ꝯplexionat̄ ꝛ bñ reducit̄ ad mediū qñ hꝫ bñ ꝓportionatas q̄litates tāgibiles. ꝛ qꝛ solus tact⁹ est media ꝓportio tāgibiliū: sola bonitas illius sensus ōndit corp⁹ esse bñ ꝓportionatū ꝛ bñ dispositū. ꝛ qꝛ corpe bñ ꝓportionato ꝛ disposito aīa pōt meli⁹ intelligere ꝛ meli⁹ speculari v̄itatē de his q̄ sibi offerunt̄ ꝑ sensus: iō bñ dcm̄ est ꝙ q̄libꝫ sensus ꝯseruit itellectui. bonitas tñ soli⁹ tact⁹ arguit bonitatē itell's vt plane hr̄ i lr̄a. opposita aūt his nō est difficile soluere. nā visus ꝛ audit⁹ deseruiūt itellectui. qꝛ ꝑ hos sensus vl' in vidēdo vt ꝑ visum: vel ab alio audiēdo: vt ꝑ auditū m'lte dr̄ie reꝝ nobis demōstrant̄: tñ vt in soluēdo tangebat̄: nō ꝑꝑ h̄ ꝙ nobis offerunt̄ ꝑ sensus multe res sum⁹ boni itell's. sꝫ tūc sum⁹ boni itellect⁹ qñ de ipsis reb⁹ oblatis scim⁹ bñ v̄itatē cognoscere. ꝛ qꝛ h̄ facit bonitas tact⁹: ꝑ quā reddit̄ corp⁹ bñ ꝓportionatū aīe. iō pꝫ qd̄ q̄rit̄. ¶ Esset aūt vlteri⁹ dubitāduꝫ de ipsis sensib⁹ eo mō q̄ deseruiūt ad sciaꝫ ꝛ itell'ꝫ ꝛ q ꝯseruiāt magis ꝛ q min⁹ ꝛ q̄l'r circa hoc se hēant. sꝫ qꝛ hoc nō directe ꝑtinet ad ꝓpositū in tp̄s aliud appōat̄. hr̄et. n. hec qd̄ locū in ꝑ meta. vel in ꝑ poste. vbi si nos ꝯtiget scribere de his forte aliq̄d ꝑtractabim⁹. ¶ Deīde cū dicit.

Cō.95 ¶ **Est autē sicut humor hic quidem dulcis ille vo amarus: sic ꝛ odores sunt.**

¶ Ut dicebat̄ hic docet sumere spēs odoꝝ ḿꝫ spēs saporꝝ. circa qd̄ tria facit. qꝛ ꝑ͂ fac̄ qd̄ dcm̄ ē. 2⁰ dat drīaꝫ iter odores ꝛ sapores. 3⁰ resumit cāꝫ superi⁹ tactā. q̄re. s. ḿꝫ spēs saporū sumant̄ spēs odoꝝ. 2ᵃ ibi. (Sꝫ aliq̄ q̄dē) 3ᵃ ibi (Sꝫ sic dicim⁹) Dic̄ ꝙ ꝙ sic hūoꝝ. i. sic sapor h̄ q̄dē ē dulcis ille amar⁹: sic ꝛ odores aliq̄ sꝫ dulces aliq̄ amari. Deīn cū dic̄.

¶ **Sed alia q̄deꝫ hñt ꝓportionaliter odoreꝫ ꝛ humorē. Dico āt dulcē odoreꝫ: ꝛ dulcē humorem alia vero cōtrarium. Similiter autem ꝛ acer ꝛ austerus ꝛ acutus ꝛ pinguis est odor.**

¶ Dat drīaꝫ iter odores ꝛ sapores dicēs. ꝙ aliq̄ q̄dem hñt ꝓportionabil'r odorē ꝛ hūorē. i. saporē. dico aūt dulcē odorem ꝛ dulcē saporē. alia vo ꝯrīū. qꝛ in eis non ꝓportionat̄ odor ꝛ sapor. sꝫ hñt dulcē odorē ꝛ prauū saporē vl' ecōuerso. ꝛ sic se hꝫ dulce qd̄ noīat odorē vel saporē extremū. sil'r aūt se hꝫ ꝛ acer ꝛ austerus ꝛ acut⁹ ꝛ pīguis odor. nā in talibus odorib⁹ vel saporib⁹ medijs aliqñ sapores ꝓportionant̄ odorib⁹: aliqñ vero nō. ¶ Deinde cū dicit.

¶ **Sed sicut diximus ꝓpter id ꝙ non multum permanifesti sunt odores: sicut humores: ab his acceperūt noīa ḿm similitudinē rerū. Dulcis q̄dē. n. a croco ꝛ melle: acer aūt a thimo: ꝛ huiusmodi. Eodē aūt modo ꝛ in alijs.**

¶ Resumit cām superi⁹ assignatā: q̄re spēs odoꝝ a saporib⁹ noīant̄ dicēs. ꝙ sic diximus. i. supra tetigim⁹ ꝓpter id ꝙ odores nō sūt nobis multū ꝑmanifesti sic hūores. i. sic sapores. iō acceperūt noīa ab his. i. a saporib⁹ ḿꝫ silitudineꝫ eoꝝ. i. sapoꝝ. nā dulcis q̄deꝫ odor dr̄ a croco ꝛ melle. acer vero a thimo ꝛ a silib⁹ vl' ab aliq̄ hꝫ. eodē aūt mō ꝛ i alijs odorib⁹ ꝛ saporib⁹ se hꝫ. ¶ Notādū aūt ꝙ cū he denoiationes fiāt ḿm moduꝫ vocabuli: vtpl'm variata lingua sil'r variant̄ denoīatiōes tales. in greca ꝗ lingua odor suauis sumit forte denomiatiōnē a croco ꝛ melle q̄ sunt dulcia: acer vo odor sumit denomiatiōnē a thimo vel ab alleo vt hꝫ littera cōmenti: vel ab aliquo alio hꝫ.

**Dubitaret forte** aliqs. qr̄ nō semꝑ odores ꝓportionant̄ saporibus: sed videmus multotiēs ꝙ hñtes odoreꝫ dulcē hñt saporē amarum. ¶ Dōm ꝙ vt cōiter ponit̄ sapor magis cōsistit i humido aqueo aliq̄liter digesto: ita ꝙ sapor se tꝫ ex ꝑte hūidi grossi: sꝫ odor magis se tꝫ ex ꝑte subtilis sicci debite ꝓportionati. ꝛ qꝛ illud hūidū grossuꝫ magis se tꝫ ex ꝑte aq̄. illud vo subtile vbi fundat̄ odor magis se tꝫ ex ꝑte aeris: in corpe vbi bñ digestū ē hūidū aqueū grossuꝫ: ꝛ bñ tēperatū ē illō subtile aereū: erit ibi tā dulcis odor quā sapor: ꝛ ꝓportionabit̄ odor sapori ꝛ ecōuerso. sꝫ si in eodē corpe vnū istoꝝ sit bñ digestū: alteꝝ vo male tēperatū: odor nō ꝓportionabit̄ sapori: sꝫ habebit odoreꝫ dulceꝫ ꝛ saporem amarum vel ecōuerso. ꝛ qd̄ dictum est de saporib⁹ extremis: dōm est de medijs. ¶ Deinde cū dicit.

¶ **Adhuc aūt sicut audit⁹: ꝛ vnusq̄sqꝫ sensuuꝫ hic q̄dē audibilis ꝛ nō audibilis: ille vo visibilis ꝛ nō visibilis: ꝛ olfat⁹ odorabilis ꝛ nō odorabilis. Nō odorabile aūt aliud q̄deꝫ ḿꝫ id qd̄ oio ipoſ'e est hr̄e odoreꝫ: aliud vo puuꝫ hñs ꝛ prauū. Sil'r aūt ꝛ non gustabile dicitur.** Cō. 96.

¶ Ostendit qūo nō odorabilia cōparant̄ ad odoratuꝫ dicens. ꝙ adhuc aūt sic audit⁹ ꝛ vnusquisqꝫ sensuū ē oppositoꝝ: ꝛ sicut h̄ q̄dē audit⁹ est audibilis ꝛ nō audibil'. ille vo .s. visus est visibil' ꝛ nō visibil'. ꝛ olfat⁹ ēt eodē mō est odorabilis ꝛ nō odorabil': ꝛ exponit quot modis dr̄ nō odorabile dicēs. ꝙ nō odorabile aūt aliud q̄deꝫ dr̄ ḿm id ꝙ oio ipoſ'e est hr̄e odoreꝫ. aliud vo qd̄ est hñs paruū odorē. ꝛ 3⁰ dr̄ nō odorabile prauū hñs odoreꝫ. sil'r aūt ꝛ nō gustabile vel qdcūqꝫ aliud tale dr̄ oib⁹ istis modis. ¶ Notandum aūt ꝙ vt supra ōndim⁹ ideꝫ est sensus oppositoꝝ. naꝫ illo eodē visu quo ꝑcipis lumē ꝑcipis ꝛ tenebrā: ꝛ illo eodem auditu quo ꝑcipis sonū ꝑcipis silētiū: ꝛ eodē odoratu quo ꝑcipis odorabile percipis ꝛ nō odorabile. nā sicut eo ipo ꝙ nihil vides ꝑcipis eē tenebrā: ꝛ ꝙ nihil audis percipis esse silentiū: sic eo ipso ꝙ nihil odoras percipis esse inodorabile: qd̄ nullū hꝫ odoreꝫ. ꝛ si parū odoras percipis eē inodorabile ꝙ paruū hꝫ odorem. si vero prau⁹ inferat̄ tibi odor percipis esse inodorabile ꝙ prauū hꝫ odoreꝫ.

**Est āt olfatus ꝑ mediuꝫ: aut aerē: aut aquā: ꝛ nāqꝫ aquatica vident̄ odoreꝫ sentire. Sil'r ꝛ q̄cūqꝫ cū sanguine: ꝛ sine sanguine: sicut ꝛ q̄ in aere. Etenīꝫ hoꝝ quedaꝫ longe occurrunt ad alimentū: que ab odore mouentur.** Cō. 97.

¶ Ut dicebat̄ ad qdlibet sentire tria ꝯcurrunt: obm: medium: ꝛ organū. postq̄ ergo phs determinauit de ipo obo odoratus vt de ipso odorabili siue de ipo odore. in ꝑte ista determinat de ipso medio qd̄ imutat̄ ab ipso obiecto siue

ab huiuſmodi odore. Circa qđ duo facit. q2 pmo facit qđ dictum eſt. 2° mouet qōnez quādaz circa ptacta ibi (Uñ ⁊ dubium videt̄) Dicit ergo ꝙ eſt aūt olfat⁹ p mediū vt per aerez aut aquā. nā aquatica vident̄ odorē ſentire ⁊ q̄ cum ſanguine ⁊ q̄ ſine ſanguine ſunt ſicut ⁊ q̄ ſunt in aere ſuple odorē ſentiūt. q2 q̄dā boꝝ q̄ ab odore mouent̄ a lō ge occurrūt ad alimentum. ¶ Notādum autem ꝙ quia aquatica odorem ſentiunt. ⁊ quia exiſtentia in aere tā habentia ſanguinem q̄ȝ nō habentia a longe odorant alimētum: ideo vult philoſophus ꝙ tam aer q̄ȝ aqua ſint medium in odoratu. ¶ Deinde cum dicit.

Cō.98. ¶ Unde ⁊ dubiū videt̄. Si oia qdem que ſub odore fiunt: ſimiliter odorent.

¶ Mouet quādā qōnez circa ptacta q̄ talis eſt: ꝙ cū q̄dā ſentiāt odorē p reſpiratōez: q̄dā ſine reſpiratōe: rōnabilr q̄rit̄ vtꝝ aialia nō reſpirātia habeāt aliquē ſenſū aliū ab odoratu: p quē pcipiūt odorē. circa hāc qōnē ſic pcedit. q2 p̊ phs arguit ad ptē f̄laz. 2° arguit ad ptē verā. 3° dtermiat viratez q̄ſiti. 2ª ibi. (Sz ipoſe) 3ª ibi. (Uidet̄ aūt hoib⁹) Circa pmū duo fac̄. q2 p̊ ppōit qōnē. 2° arguit ad ptē f̄laz qōnis q̄ſite ibi (Hō aūt) ptinet̄ āt ſic dciñ ē. aliq̄ odorare reſpirādo aliq̄ nō reſpirādo. vñ q2 ſic eſt. dubiū vr̄ ſi oia qdē ſilr̄ odorēt. i. ſi oia ſilr̄ pticipāt odorē p ſenſū odorat⁹ vl' hēant aliquē aliū ſ̄ſuz p quē h̄ pcipiāt. ¶ Deiñ cū dic̄.

¶ Hō aūt ſpirās odorat: nō reſpirās āt: ſz expirās: aut retinēs ſpm̄ nō odorat: neq3 a lōge: neq3 a ppe: neq3 ſi in naſum itus apponat̄: ⁊ hoc qdē i ipſo poſitū: quo ſentit̄ iſenſibile eſſe oib⁹ cōe eſt. Sed ſine reſpiratiōe nō ſentire ppriū ē hoium. Māifeſtū eſt aūt tentātib⁹.

Cō.99. ¶ Quare ſanguinē nō hn̄tia: qm̄ nō reſpirāt: alterū vtiq3 quēdā ſenſum hn̄t pter eos q dicti ſunt.

¶ Arguit ad ptez falſaz. oñs ꝙ nō oia ſilr̄ odorāt: imo non reſpirātia hn̄t aliquē aliū ſenſū ab odoratu p quē odorez pcipiūt. iō ait ꝙ hō reſpirās. i. attrahens aerē ſupple odorat: ſz expirās. i. emittēs aerez aut retinēs ſpm̄ nō odorat nz a lōge: nz a ppe: nec ēt odorat ſi in naſū itus ponat̄ odorabile. q2 ⁊ h̄ qdē. vz. ſenſibile poſitū i ipſo q̄ ſentit̄ inſenſibile eē eſt cōe oib⁹ ſenſib⁹: ſz ſine reſpiratiōe nō ſentire ē ppriū hoiuz. eſt āt h̄ maxie ppriū hoi. q2 hō in odorando maxie idiget reſpiratiōe. ſi āt alia aialia idigēt reſpiratōe cū odorāt: nō tñ ſic idigēt: vt hō. ⁊ ſubdit. ꝙ āt h̄ ſit ppriū hoi manifeſtū eſt tentātib⁹. i. expimētātib⁹. q̄lz. n. i ſeipſo expit̄ ꝙ abſq3 reſpiratōe odorare nō pōt. his g̊ pmiſſis infert ɔñē itentā dicēs. q̄re ſāguinē ñ hn̄tia: qm̄ nō reſpirāt hn̄t itaq3 quēdā aliū ſenſuz pter eos q dicti ſūt. ¶ Nōnᵐ aūt viz rōnis h⁹ in h̄ ɔſiſtere ꝙ ſi aialia reſpirātia pcipiūt odorē p odoratū nō reſpirātia q̄ alr̄ odorē ſentiūt hn̄t aliquez ſenſū aliū ab odoratu. ¶ Nōnᵐ etiā ꝙ aliq̄ dr̄ia eſt q̄ȝtū ad odoratū iter aialia reſpirātia ⁊ nō reſpirantia. q2 alr̄ odorāt h̄ ⁊ illa: nō tñ eſt tāta dr̄ia ꝙ aialia reſpirantia pcipiāt odorez p odoratū: nō reſpirātia v̊o habeāt aliquē aliū ſenſuz ab odoratu: p quez odorē cognoſcāt: rō tñ phi ad h̄ videt̄ ire ꝙ cū nō ſilr̄ odorēt h̄ ⁊ illa: ꝙ p aliuz ſenſum pcipiat̄ odor in iſtis ⁊ in illis. ¶ Deiñ cū dicit.

¶ Sz ipoſſibile eſt ſi quidez odorem ſentiunt. Odorabilis. n. ſenſus: ⁊ mali odoramenti: ⁊ boni odoramenti olfatus eſt.

¶ Obycit ad ptē ɔ̄riā ſiue ad ptez verā oñdens aialia nō reſpirātia nō poſſe ſentire odorē p aliquez aliū ſenſuz ab odoratu. circa qđ duo fac̄ ſz ꝙ duas rōnes ad h̄ adducit. 2ª ibi (Amp. aūt) ptinet̄ aūt ſic. pp rōnez iā tactā aialia nō reſpirātia eo ꝙ alr̄ odorē ſentiāt q̄ȝ aialia alia: vident̄ hr̄e alteꝝ quēdā ſenſuz pter eos q dicti ſūt: ſz ſm̄ viratez ipoſe eſt ſi qdē ſentiūt odorē. q2 olfat⁹ ē ſenſus odorabil̄. ⁊ eſt ſenſus mali odoramēti ⁊ boni odoramēti. ¶ Nōnᵐ āt vi rōis h⁹ in h̄ ɔſiſtere ꝙ cū odorabile p ſe nō pcipiat̄ niſi p ſenſuz olfat⁹ ſi nō reſpirātia p ſe odorē pcipiūt. oꝫ ꝙ hoc fiat per hūc ſenſuz ⁊ nō p aliuz. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Ampli⁹ āt ⁊ corrūpi vr̄ a fortib⁹ odorib⁹: ex qbus hō corrūpit̄: vt ſulphure ⁊ h⁹. Olfatuz qdē igit̄ hr̄e neceſſariū eſt: ſz nō reſpirātia.

¶ Adducit 2ᵃᵐ rōnē dicēs. ꝙ ampli⁹ h⁹ aialia vident̄ corrumpi a fortib⁹ odorib⁹ q̄ȝtū ad olfatū ex qb⁹ hō corrūpit̄ vt ſūt ſulphur ⁊ h⁹ fetentia. ⁊ qa ſic eſt: olfatū qdez igr̄ neceſſe eſt hr̄e nō ſolū reſpirātia: ſz ēt nō reſpirātia. ¶ Notādū aūt ꝙ ppri⁹ ſenſus eſt ppry obi: ⁊ ppus ſenſus corrūpit̄ a ppo obo ſi ſit excellens. q̄re eo ipſo ꝙ nō reſpirātia pcipiūt odorem vt pbabat ratio pma: ⁊ eo ꝙ ſulfur ⁊ h⁹ fetentia corrūpunt in eis ſenſuz: vt tangit h̄ rō 2ª: oꝫ aialia nō reſpirātia hūc hr̄e ſenſuz. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Uidet̄ aūt in hoib⁹ differre hoc ſenſitiuuz ad ea q̄ alioꝝ ſūt aialiū: ſic̄ oculi ad ea q̄ duoꝝ oculoꝝ ſunt. Hec qdē. n. hn̄t phragma: ⁊ ſic̄ velamen palpebras: q̄s aliqs nō mouēs: neq3 retrahens nō videt: fortia aūt oculis nihil h⁹ habēt: ſed mox vidēt q̄ fiunt in lucido. Cō. 100.

¶ Soluit qōnez ppoſitā. ¶ Ad c⁹ euidētia ſciēdū ꝙ aialia nō reſpirātia nō pcipiūt odorē p aliū ſenſū q̄ȝ p olfatū: tñ h⁹ ſenſus eſt in eis alr̄ diſpoſit⁹ q̄ȝ in aialib⁹ alys. i dando aūt hāc ſolōnē duo fac̄. q2 p̊ adducit qōdā ſile ad ppoſitū. 2° ex illo ſili dſcēdit ad ſolōnē qōnis iā dicte ibi (Sic igit̄ ⁊ odoratiuū) Dicit g̊ ꝙ h̄ ſenſitiuū. vz. ſenſus olfat⁹: videt̄ differre in hoib⁹ aliqd ad ea ſenſitiua q̄ ſūt aliozuz aialiū: ſic̄ oculi hoiuz ſe hn̄t ad ea q̄ ſūt duoꝝ oculoꝝ. naz h̄ qdez. ſ. hō hz fragma. i. coopimētū ⁊ hz palpebras ſic̄ velamē q̄s palpebras aliqs nō mouēs nz retrahēs nō videt, fortia aūt oculis nihil h⁹ hn̄t: ſed mox vidēt q̄ ſunt in lucido. i. in dyaph. piſces. n. qui ſunt duri oculis nō habent huiuſmodi palpebras ⁊ cooperimenta: quas oporteat remouere vt videant. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sic igit̄ ⁊ coloratū: alÿs qdē ſine opculo eſt: ſicut ocul̄. Alÿs v̊o aerē recipiētib⁹ hr̄e coopimentū: qđ reſpirātib⁹ diſcoopit̄ āpliatis venis ⁊ poris. Et pp hoc reſpirantia non odorāt in aqua. Neceſſariū. n. odorē pati reſpirātia: hoc aūt facere in humido eſt impoſſibile.

¶ Adaptat h̄ ſile ad ppoſitū. vel ex ſili adducto deſcēdit ad ſolōnē qōnis ppoſite dicens. ſic igit̄ ⁊ odoratiuū alys qdē aialib⁹ nō reſpirātib⁹ eſt ſine opculo ſic̄ oculis. i. i oculis ɔtigebat. alys v̊o aerē recipiētib⁹. i. reſpiciētib⁹ nec̄e ē hr̄e coopimētū qđ coopimētū diſcoperit̄ reſpirātib⁹ illis aialib⁹ ⁊ ampilatis eoꝝ venis ⁊ poris. ⁊ pp h̄ reſpirātia ñ odorāt in aq̄: q2 nec̄e ē ea pati odorē ⁊ pcipe odorē vl' pati ab odore reſpirātia. i. reſpirādo. h̄ aūt facere. i. reſpirare i hūido. i. in aq̄ ē ipoſe. ¶ Nōnᵐ āt viz ſolōnis in h̄ ɔſiſtere ꝙ ſic̄ aliq̄ aialia hn̄t oculos cooptos aliq̄ non: ſic aliq̄ hn̄t odoratū cooptū: aliq̄ v̊o nō. hn̄tia g̊ odoratū cooptū odorāt reſpirādo: q2 p reſpirationē remouēt coopimētū illō: ſed habentia diſcoopertum non indigent reſpiratione vt odorent. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt aūt odor ſicci ſicut ſapor humidi. Odoratiuū aūt ſenſitiuū potentia huiuſmodi eſt.

¶ Poſtq̄ determinauit de ipſo odorabili ⁊ de ipſo medio q̄ imutat̄ ab odore h̄ determiat de ipſo organo odorat⁹: qḋ ēt ab odore imutat̄ dicēs. q̄ odorē paſſio ſicci.i.fūdat̄ i ſicco:ſicͭ hūor.i.ſapor ē paſſio hūidi ⁊ fundat̄ i hūido.odoratiuū aūt ſenſitiuū.i.organū odorat⁹ ē potētia hꝫ.i.ē i potētia ad odorē vel eſt potētia hꝫ. q2 organū odorat⁹ tale ē in potētia ad odorē:q̄lis ē odor in actu.oē.n.patiēs ē tale i potētia quale eſt agēs in actu:quare ſi organuꝫ odoratus patitur ab odore:patet quale ſit huiuſmodi organū. quia eſt tale in potentia q̄lis ē odor in actu.

**Ad intelligētiam** aūt dictoꝝ dubitaret ꝑ aliqs cū odor moueat mediū ⁊ ſit in medio: vtꝝ hēat eē in eo itētional'r. ¶ Dōm quoſdā h⁹ opionis fuiſſe q̄ odorē in medio real'r:ad quā pōnē viſus ē declinare Auicē.in 6° ſuo de nālib⁹.vbi ꝓbat per q̄dā ſigna odorē real'r i medio eē. nā poma odorē emittēdo deſiccant̄.⁊ ꝯhūt rugas:qḋ nō eēt niſi real'r aliq̄d a pomo ꝯflueret.erit itaq̄ odor q̄dā real' deflux⁹ a corpe odorabili.ad hāc ēt opionē vident̄ declinare v̄ba ph̄i i de ſenſu ⁊ ſenſato.vbi dr̄ q̄ odor eſt fumal' euaporatio. ꝯmentator tn̄ ſup h̄ ca.triplici via venat̄ odorē eſſe itētional'r in medio.p̄ᵃ via ſumit̄ ex lōgingtate ⁊ diſtātia ad quā ſe m'tiplicat odor.2ᵃ ſumit̄ ex eo q̄ duo corpa ipoſē ē eē ſiml'.3ᵃ v̄o ſumit̄ ex eo q̄ elēm̄ ſimplex nō ē ſuſceptiuū ſcd̄aruꝫ q̄litatū:cuiuſmodi ſūt odor ⁊ ſapor. p̄ᵃ via ſic pꝫ.nā vt ipſe ait ad bellū troianū. pp occiſa corpa p m'tas dietas vt p q̄ngēta miliaria venerūt tygrides ⁊ vultures: q̄re ſi odor eēt real'r in medio:ſi illa corpa eēnt reſoluta i ignē: vltra cui⁹ raritatē nō ē raritas:nō potuiſſent ſe tātū diffūdere. 2ᵃ via ſic pꝫ. naꝫ ſi odor real'r eēt i medio vel oporteret q̄ total'r expelleret̄ aer vl' q̄ duo corpa ſil' eēnt. nā h̄ poſito ſil' eēt aer ⁊ illud corp⁹: pp qḋ eēt odor: ⁊ q̄ eēt real'r i medio.3ᵃ via ſic oñdit̄.nā ſi odor ē real'r in medio vel erit in aere vl' in alio aliq̄ corpe.ipoſē ē.n. nāl'r eē acciñs ſine ſb̄a ⁊ eſſe odorē ſine corpe. q2 tūc illḋ aliḋ.corp⁹ vl' expelleret aerē vel eēt ſil' cū aere:cui⁹ oppoᵐ in alia rōe ē dcm̄:nec ēt in aere eē p̄t.q2 vt ait ꝯmētator ſimplicia corpa odorē nō recipiūt.oꝫ itaq̄ vt ipſe ꝯcludit:q̄ ſicͭ color ē in medio itētional'r: ſic ſit ibi ⁊ odor. p̄mā aūt haꝝ rōnū ſoluit Auicē. dicēs:q̄ eſſe potuit vt in tp̄e illo flarent magni vēti:⁊ ꝑportarent aliquā ptē aeris iſectā vſq̄ ad odoratū illaꝝ auiū. nō ḡ oportuit illa corpa rarefieri vltra raritateꝫ ignis.ad hoc q̄ puenirēt ad odoratū illarū auium. q2 nō vndiq̄ ſe multiplicauit odor:ſed pp vētū flātē potuit ad tātā diſtātiaꝫ puenire.dicit ēt illas aues eſſe alti volatus ⁊ eē acuti viſus:pp qḋ cōtigere potuit vt nō p odoratuꝫ:ſed p viſuꝫ illuc peruiſſent.nā dato odorē nō eē niſi itentiōal'r i medio:ſi ꝯcedim⁹ odorē poſſe ſe tātū h̄ mō diffundere:cū viſus ſit ſp̄ualior odoratu:m'to magis debem⁹ h̄ ꝯcedere ō viſibili.alias ēt duas vias conati ſūt q̄dā ſoluere dicētes odorē immiſcere ſe aeri:ſicͭ vapores eleuati a terra aeri ſe īmiſcēt:nec pp h̄ total'r expellit̄ aer.nec ēt ſūt duo corpa in eodeꝫ.q̄re vr̄ ſolui rō ſcd̄a. videt̄ ēt q̄ ex h̄ ſoluat̄ ⁊ 3ᵃ. nā in illis vapoib⁹ imixtis aeri ē odor real'r:q̄re ñ ē odor i corpe ſimplici.nec oportebit aerē total'r expelli vl' amoueri:vt 3ᵃ rō ꝯcludebat. Ut igr̄ ex his diuerſitatib⁹ vitas eligat̄ dicam⁹ verā eē opionē ꝯmtatoris:⁊ veras eē rōes ei⁹.nā h̄ ē cōe oi ſenſui: vt īfra dicet̄: eē ſuſceptiuū ſp̄ēruꝫ ſine mā.recipit ḡ ſenſus ſp̄ēꝫ ſenſibilē nō real'r:ſꝫ itētiōaliter.⁊ q2 eodē mō recipit hꝫ ſp̄ēꝫ mediū ⁊ organū: opꝫ ſp̄ēꝫ odorabil' eē in medio itentiōal'r.rōnes āt ꝯmētatoris hōe ſūt.nā lꝫ p̄mā rōnē p q̄ndaꝫ apparētiā fugere poſſim⁹ per v̄ba Auic.real'r tn̄ nō fugim⁹ ipaꝫ.nā ꝯtigit aliq̄ñ modicū odorabile abſq̄ vēto flante ex diuerſis ptib⁹ remotis ſentiri: q̄ ſi odorabile illud reſolueret̄ i ignē vltra quē vt dicebat̄ nō ē raritas:nō poſſet ad tātā diſtātiā ptigere.2ᵃ ēt rō ſoluta nō erat.q2 ſp̄ēs ſenſibilis nō m'tiplicat ſe p mediuꝫ ſicͭ vapores ſe imiſcēt aeri.q2 vbi ē vapor nō eſt aer. ſp̄ēs tn̄ ſenſibilis vndiq̄ ſe m'tiplicat p mediū.vl' ḡ vt dicebat̄ totū mediū tolleret̄ i tota illa diſtāᵃ ad quā vndiq̄ ptingit ſp̄ēs vel eēnt duo corpa i eodē.3ᵃ ēt rō manet i ſua firmitate.q2 ſi odor vt hꝫ eē i medio nō p̄t eē in aere tāq̄ in ſubo.nec ēt in alio corpe.q2 tūc corp⁹ illḋ expelleret aerem vel eēt ſil' cū aere: relinq̄t̄ ipꝫ ibi intētiōal'r eē. Dicamus ḡ ſp̄ēs ſenſibiles hn̄tes eſſe fixū in nā ſignātes q̄litates ſcd̄as:cuiuſmodi ſūt odor color ⁊ ſapor eē i medio itētional'r. q̄litates v̄o tāgibiles eo q̄ ſūt q̄litates p̄me ſunt in aere real'r. q̄uo aūt ſaluare poterim⁹ q̄ ſenſus tact⁹ ſit ſuſceptiu⁹ ſp̄ērū ſine mā:cū h̄ ſit cōe oi ſenſui:in caᵒ. de tactu patebit.ſic ēt ⁊ ſon⁹ real'r ē in aere. q2 nō hꝫ eſſe fixuꝫ. odor tn̄ nō ē in aere real'r:ſꝫ itentiōal'r. rōnes aūt ꝓbātes ꝯriu in ſequenti queſtione ſoluetur.

**Alterius forte** dubitaret aliq̄s. vtꝝ odor hēat aliquo mō eſſe real'r in medio. ¶ Dōm q̄ odor nō ſit ſine fumali euaporatiōe vt plane vult ph̄s.ad h̄ ēt facit exēplū Auic.dicentis q̄ pomū vel aliqḋ aliud odorabile p emiſſionē odoris deſiccat̄ ⁊ ꝯhit rugas.valet ēt ad h̄ qḋ experimētal'r videm⁹:expertū eſt .n.p venatores q̄ p'res beſtie ſilueſtres q̄ñ appropinquāt loco vbi debēt q̄eſcere faciūt vſq̄ ad ſex vel ſeptē ſaltus vt p magnitudinē ſaltuū iterrūpat̄ via canib⁹ inueniēdi eas:tūc ḡ canes appropinq̄ntes loco vbi beſtia reſidet et nō valētes iuenire eā ſi beſtia ſe nō moueat nō percipiūt odorē ei⁹.ſtatiꝫ aūt cū beſtia ſe mouet.q2 pp motū aliqui vapores exeūt ab ipſa fcā fumali euaporatiōe ſtatī canes ſentiūt odorē ei⁹ ⁊ iueniūt eā.odor itaq̄ eſt fumal' euaporatio nō formal'r ſꝫ cāl'r. q2 nūq̄ fit ſine fumali euaporatiōe.dicem⁹ ḡ q̄ odor eſt real'r in pomo ſiue i corpe odorabili.⁊ eſt ēt in illis vapoib⁹ q̄ ex pomo exalāt: i aere tn̄ vl' in aq̄:⁊ vl'r in eo q̄ ē mediū i odoratu:nullo⁹ ē odor real'r: ſꝫ itentiōal'r.q2 vt dicebat̄ corp⁹ ſimplex odoris real'r ſuſceptiuū eē nō p̄t.pp qḋ bn̄ dictū eſt odorē in medio nō eē real'r:niſi forte p tāto dicerem⁹ odorē eſſe real'r i medio: q2 fumi illi exalātes ex corpe odorabili:in q̄bus real'r eſt odor:real'r medio ſe imiſcēt.itaq̄ ſꝫ hūc modū loq̄ndi.dicemus q̄ odor alicubi eſt real'r tātū. alicubi v̄o real'r ⁊ intentional'r:⁊ alicubi itētiōal'r tātuꝫ. vñ in corpe odorabili eſt odor tātū real'r.in illa aūt pte mediȷ vbi ſe itermiſcēt illi fumi: eſt aliq̄ mō real'r ⁊ aliq̄ mō itētōal'r:ſꝫ in vlteriori pte mediȷ:ad quā nō ꝯtingūt hꝫ fumi icipit eē odor itētional'r ſolū.ex h̄ aūt ſoluta ſunt argumenta p̄oris q̄ōnis: vbi ꝓbat̄ odorē eē fumalē euaporatōeꝫ:⁊ p ꝯñs eē real'r i medio.nam vt patꝫ odor non eſt fumalis euaporatio formaliter: ſed cauſaliter.hoc.n.pro tanto veꝝ eſt.q2 non fit ſine fumali euaporatione.

**Alterius forte** dubitaret aliq̄s. q2 videt̄ falſū eſſe q̄ ph̄s ait.vꝫ. q̄ ꝓpriū ſit homini nō ſentire odorē ſine reſpiratione. videm⁹ eniꝫ q̄ canes volentes inſequi beſtiam: ſemp ducunt naſuꝫ iuxta terram:⁊ reſpirantes cū quadaꝫ violētia ⁊ attrahentes fortiter aerem inſequunt̄ huiuſmodi beſtiam. ¶ Dicendum q̄ indigere reſpiratione ꝓpter odoratū:hoc eſt:quia meatus ⁊ vie per quas debet tranſire aer infectus ſpecie odorabilis ſunt cooperte ⁊ clauſe.huius aūt coopturā ⁊ clauſuraꝫ potiſſime facit humiditas ⁊ frigiditas cerebri. homo igit̄ qui iter cetera animalia plus habꝫ de cerebro ſm̄ ꝓportionem.⁊ per cōſequens ꝓportionabil'r in ei⁹ cerebro plus eſt de frigiditate ⁊ humiditate potiſſime ⁊ hꝫ meatus ⁊ vias hꝫ coopertas ⁊ clauſulas: imo tantuꝫ ē ibi coopertimentū ⁊ tāta clauſura q̄ niſi fiat reſpiratio p quā aperiant̄ pori ⁊ vene:nullo⁹ poſſumus odorem pcipere:p quādaꝫ ergo antonomaſiaꝫ dicitur eſſe ꝓprium homini

nihil odorare ſine reſpiratõe. vel poſſumus dicere ꝙ alia aīalia reſpirantia forte aliquo mō odorez ꝑcipiūt ſine reſpiratiōe:reſpirāt tñ vt melius odorēt. illos.n. meatꝰ ⁊ illas vias nō hñt per oēm modū clauſas:iō ſine reſpiratiōe aliquo mō ꝑcipiūt reſpirādo:tñ q2 ille vie amplianꝰ ⁊ dilatanꝰ vene ⁊ pori: certius de odore iudicant:ſm igiꝰ hūc modū loquendi dicemꝰ ꝙ aliqua aīalia nec idigent reſpiratione vt odorent:nec vt bene odorent vt aīalia carētia ſanguīe.aliqua vo indigent reſpiratiōe nō ſimplr̄ vt odorent:ſed vt bene odorēt vt aīalia gradiētia alia ab homīe. aliqua vero īdigent reſpiratiōe nō ſolū vt bene odorent: ſed etiā vt odorent:q2 modicū aut nihil ſine reſpiratione de odore poſſunt ꝑcipere vt hoīes.qō vero obyciebaꝰ ſolutum eſt per iam dicta.

**Alterius forte** dubitaret aliqs.q2 nō videꝰ eē verū qō phs ait.dicit eni ꝙ ſic ſe videꝰ habere odoratus in hoīe ad alia aīalia ſicut ſe habent oculi aliorꝫ aīaliū ad animalia durorꝫ oculorꝫ.hoc aūt videꝰ eſſe falſum:⁊ cōtra ea q̄ dicta ſunt. nam cū alia aīalia melius videant q̄ hñtia duros oculos.ſequeretur ꝙ hō melius odoraret q̄ aīalia cetera. cuius ꝯriuz ſupra oſtēdebaꝰ. ¶ Dōm ꝙ hec ſimilitudo nō eſt per oēm modum ſimilis.pro tāto eniz ſimilis eſt ⁊ veritatē hꝫ.q2 ſicut aīalia hñtia duros oculos eo ꝙ nō hēant palpebras ⁊ cooperimentū oculorū ſtatim poſſūt videre ⁊ nō indigēt remouere ꝓhibens.aīalia eni alia opꝫ aperire palpebras vt videant:ſic aīalia nō habētia odoratū coopertuz nō indigent reſpiratiōe:ſed ſtatim pñt odorare.hoīes vero habētes odoratū coopertū niſi per reſpirationez amplient venas ⁊ poros ⁊ hꝰ impedimentū remoueant odorare non poſſunt.exemplum ergo adductum eſt ſimile quantum ad hoc:non autez quantuz ad illud ad qō ratio arguebat. Patet itaq3 veritas queſtionis.

Cō.ioi. Guſtabile autem eſt qōdam tangibile:⁊ hec eſt cauſa:quare nō fit ſenſibile per medium extraneuz corpus. Neq3 enim tactus eſt corpus in quo eſt humor:qō eſt quid guſtabile in humido ſicut materia:hoc aūt quiddā tangibile.

¶ Poſtq̄ phs determinauit de ſenſibus magis ſpiritualibus:vt de viſu auditu ⁊ olfatu. in parte iſta dterminat de ſenſibus magis mālibus vt de guſtu ⁊ tactu.circa qō duo facit.q2 pmo determinat de guſtu ſiue de guſtabili.ſcōo de tāgibili ibi(De tāgibili aūt)Circa pmū tria facit ſꝫ ꝙ tria cōcurrūt ad qōlibꝫ ſentire.vꝫ.mediū obm ⁊ organū. pmo g̃ determiat de medio qō reqriꝰ in guſtu.ſcōo determinat de obiecto.⁊ tertio de organo.ſcōa ibi(Sicut autē viſus)tertia ibi(Qm autez humidū)Circa pmū tria facit.q2 pmo ait ꝙ in guſtu nō requiriꝰ mediū extraneum. ſcōo remouet quādaz cauillationē circa ꝓtacta. tertio qō dixerat manifeſtat.2ᵒ ibi(Et ſi in aq̄ eſſemus)3ᵒ ibi(Color aūt nō ſic)Dicit g̃ ꝙ guſtabile eſt qōdaz tāgibile.hec aūt eſt cā:q̄re ſupple guſtabile ſit qōdā tangibile. q2 non ſit vel nō eē vt hꝫ correctior lrā ſenſibile per mediū extraneum corpꝰ.nā nō eſſe ſenſibile per mediū extraneuz eſt vna cā:q̄re guſtabile eſt qōdā tāgibile.alia aūt cauſa eſt. q2 id in quo eſt hūor.i.ſapor qō eſt qd guſtabile eſt in hūido ſicut in ꝓpria mā ſiue ſicut in ꝓprio ſubiecto.hoc aūt ideſt humidum eſt qōdam tangibile.

**Dubitaret forte** aliqs.vtruz guſtus ſit qdam tactus.⁊ videꝰ ꝙ nō.q2 qdaz homo nō ponit in numerū cū homine: nec qōdaz aīl cum animali.⁊ vlr̄ inferius nō ponit in numerū cum ſuperiori nec cōtrahens cū cōtracto:quare ſi guſtus eſt qdam tactꝰ nō ponit ī numerū cū ipſo.erūt itaq3 quatuor ſenſus ⁊ nō qnq3. ¶ In ꝯriū eſt phs qui ait:ꝙ guſtabile eſt qōdam tangibile: ſed ſi guſtabile eſt qōdam tangibile:guſtus eſt qdam tactus. ¶ Dōm ꝙ triplici via venari poſſumus guſtum eſſe quēdaz tactū ſm ꝙ tria cōcurrūt ad qōlibꝫ ſentire.vꝫ.mediū obiectū ⁊ organuz.pma ergo via ſumeꝰ ex parte medy.ſcōa ex parte obiecti.tertia ex pte organi. prima via ſic pꝫ.naz ſenſus tactus iō ſic noīatus eſt.q2 ꝑ hūc ſenſum percipimus obiectū nō per mediū extraneuz: ſed tangendo. viſus ergo nō eſt tactus.q2 corpus coloratū qō ꝑcipimus per viſum nō attingit nos ; ſed eſt diſtans a nobis.corpus vero qō tactu cognoſcimus opꝫ ꝙ nos attingat.quare cū hoc ſit etiā in guſtu:q2 nō guſtamus per medium extraneū:ſed oꝫ ꝙ corpus guſtabile nos attingat ad hoc ꝙ ſentiamus ipm. igiꝰ q2 guſtabile ſentimꝰ nō ꝑ medium extraneū:ſed tangēdo : erit guſtus qdaz tactus. 2ᵃ via ſumiꝰ ex parte obiecti.nā q2 humidū eſt tāgibile ⁊ ſapor fundaꝰ in humido:⁊ nō in oī humido:ſed in quodam. nā in humido corporū ſimpliciū cuiuſmodi eſt humiduz aereū vel humidū aqueū ſapor fundari nō pōt. nam corpora ſimplicia ſm ꝙ hꝰ nō ſunt ſuſceptiua ſaporis:ꝑ accidens forte in talibus reperireꝰ ſapor:ſicut pꝫ in aqua rōe venarum terre per quas tranſit vel rōne alicuiꝰ vaporis cōmixti pōt aliquē ſaporez cōtrahere.per ſe tñ talia ſapore carent:q̄re ſi nō in omni humido fundatur ſapor nō oē tangibile ⁊ guſtabile:ſed quoddā.⁊ q2 guſtabile eſt qōdaz tangibile guſtus erit qdaz tactꝰ. Tertia via ſumiꝰ ex pte organi.nā nō ī omni organo nec in oī parte vbi fundatur tactus hꝫ eſſe ⁊ guſtus:ſed in quadā parte vt in lingua.et q2 in quadā pte ⁊ nō in omni hꝫ eſſe guſtus ⁊ tactꝰ:guſtus nō erit vlr̄ tactus.ſed erit qdam tactus. harum aūt triuz rōnum ꝓbātiuz guſtum eſſe quēdā tactuz due tanguntꝰ a pho.videlꝫ illa de medio ⁊ illa de obiecto. illa āt de organo nō tangiꝰ ab ipſo:qō forte iō factū eſt.q2 nō eſt directe ⁊ ſimplr̄ idem organū tactus ⁊ guſtus. vel forte iō fecit. q2 eadem ratio eſt de obiecto ⁊ organo.ratio aūt in ꝯtrarium in ſequenti queſtione ſolueꝰ.

**Alterius forte** dubitaret aliqs.vtrū guſtus ſit idem qō tactus. videꝰ ꝙ ſic.q2 ſi homo eſt quoddā aīal.aīl in homīe eſt idem qō homo.⁊ ſi ſortes eſt qdam homo.hō in ſorte eſt idē qō ſortes. g̃ cū guſtus ſit quidam tactus:tactus in guſtu nō erit aliud q̄ guſtus. vel vt arguebaꝰ ſupra guſtus nō ponit in numerū cum tactu. ¶ Dōm ꝙ vt ſupra dicebaꝰ potētie diſtinguūtur per actus:⁊ actus per obiecta. vbi ergo ſunt alia ⁊ alia obiecta formaliter ſunt aly ⁊ aly actus. ⁊ per conſequens alie et alie potentie. Dubitare ergo vtrum ſenſus guſtus formaliter differat a ſenſu tactus eſt dubitare vtrū qualitates ſecunde formaliter differant a qualitatibus primis.⁊ vtrum ſapores qui noīant qualitates ſcōas formaliter differāt a calido ⁊ frigido hūido ⁊ ſicco q̄ nominant qualitates pmas.⁊ q2 he nō ſunt ille: ſed fundanꝰ in illis: guſtus nō eſt tactꝰ:ſꝫ aliquo mō fundaꝰ in tactu. qō vero arguebaꝰ ꝙ aīal nō ponit in numerū cū quodā animali. ergo nec guſtus cū tactu. ¶ Dōm ꝙ ſic nō ſe hꝫ guſtꝰ ad tactum ſicut ſe hꝫ ſortes ad hoīem vel hō ad animal. ſic ergo guſtus nō eſt ita vlis ſicut tactus. q2 tactꝰ ē in omni parte corporis.guſtus aūt in quadā. ⁊ q2 tactꝰ eſt in omni humido.guſtus aūt in quodā:fit tñ hec ꝯtractio per additionem noue forme ſiue fit per differentez formā. iō formaliter guſtabile eſt diſtinctum a tangibili ⁊ guſtus a tactu. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Vn̄ ſi in aqua eſſemꝰ: ſentiremꝰ vtiq3 appoſituz dulce. Nō āt eēt tūc nobis ſenſus ꝑ mediū: ſed in eo qō miſceꝰ hūido:ſicut in potu.

ℭ Remonet quandā cauillationem circa ꝑtracta. dixerat .n. guſtū nō fieri per mediū extraneū: qḋ vr̄ falſū: q̄r ſi in aq̄ poneret̄ dulce: nos exiſtētes in aqua ſentiremus hꝰ dulce. ideo ait: qḋ ſi i aqua eſſemus ſentirem⁹ vtiq̄ dulce appoſitū: ſed tūc nō eēt nobis ſenſus per mediū: ſꝫ in eo q̄ ꝯmiſceret̄ illud dulce humido ſic̄ in potu. ℭ Deinde cū dicit.

Cō.102 ℭ Color autē non ſic videt̄ in eo qḋ miſcet̄: neq̄ defluxionibus. ℭ Ut quidem igitur medium nihil eſt: vt autem color viſibile: ſic guſtabile humor eſt.

ℭ Qḋ dixerat manifeſtat: circa qḋ duo facit. q̄r p̄ fac̄ qḋ dictū eſt. 2° q̄r dixerat q̄ in guſtu nō req̄rit̄ aliqḋ extraneū oſtēdit q̄ lꝫ ibi nō req̄rat̄ aliqd extraneū tanq̄ mediū: req̄rit̄ tñ ibi aliqd extraneū tanq̄ diſponēs organū: vel pōt aľr diuidi: q̄r duo facit ſꝫ q̄ duo manifeſtat que dixerat. nā p̄ oñdit q̄ guſtus nō fit per medium extraneū. 2° q̄r dixerat q̄ ſapor fundat̄ in humido declarat h̄ ex eo q̄ ſine humiditate n̄ fit ſaporis ſenſus ibi. (Nihil aliud fac̄) dicit g̊: q̄ color nō ſic vr̄ in eo q̄ miſcet̄ medio: neq̄ defluxiōib⁹. i. ꝑ defluxiones. ſupple vr̄ color: igr̄ vt qdē mediū nihil eſt. i. q̄ntū ad mediū nō eſt cōparatio iter colorē ⁊ saporē: q̄r color ſentitur ꝑ mediū extraneū: ſed nō ſapor: ſꝫ q̄ntū ad rōnē obīi: ſupple eſt cōparatio iter colorē ⁊ ſaporē: q̄r vt color aūt eſt viſibile. i. obꝫ viſus: ſic humor. i. ſapor eſt guſtabile. i. obꝫ guſtus. ℭ Notādū aūt q̄ corp⁹ coloratū nō attigit oculū cū vr̄: neq̄ oꝫ q̄ attigat aliquā ꝑtē nr̄i corpis. rurſus color nō imiſcet ſe medio realr̄: ſꝫ ſolū itētionalr̄ ſe mltiplicat: nec ēt aliqd defluit a corpe colorato: vt fiat viſio: ſꝫ vt fiat guſtus: vel oꝫ q̄ corp⁹ dulce attigat linguā: vel ſi hꝰ dulce ponit̄ in aliq̄ diſtātia: vt ſi ponit̄ i aq̄: oꝫ q̄ per aquā defluat vſq̄ ad liguā: ita q̄ realr̄ attigat ipā: itaq̄ tūc ſentirem⁹ dulce poſitū in aq̄ ſic̄ ſentiremus dulce poſitū in potu vľ poſitū iciſo. q̄ntū g̊ ad mediū nihil. i. nulla ꝯueniētia eſt iter viſibile ⁊ guſtabile: q̄r viſibile ꝑ ſe oīo req̄rit medium extraneū: guſtabile aūt nō: ſed vt dicebat̄ q̄ntū ad rōnē obīi eſt aliq̄ ꝯueniētia iter h̄ ⁊ illud. ℭ Deīde cūꝫ dicit.

ℭ Nihil autem facit humoris ſenſum ſine humiditate: ſed hꝫ actu aut potētia humiditatē vt ſalſum: bene enim liquidum ipſum eſt ⁊ liquefactiuum lingue.

ℭ Manifeſtat 2ᵐ qḋ dixerat. dicebat̄ enim ſupra q̄ ſapor fundat̄ in humido: ad h̄ aūt declarādū itēdit talē rōnē: illud qḋ nō ſentit̄ ſine humido fundat̄ in humido: ſapor nō ſentit̄ ſine humido. g̊ fundat̄ in humido: de hac aūt rōne nō ponit niſi ꝟtutē medij. vꝫ. q̄ ſapor nō ſentit̄ ſine humido: iō ait q̄ nihil aūt fac̄ ſenſū humoris. i. ſaporis ſine humiditate: ſꝫ qḋ facit hꝰ ſenſū humiditatē hꝫ: aut actu aut po ͣ. ſupple ꝓpinq̄: vt ſalſū. n. qdē ipm eſt bñ liqdū. i. bñ liq̄factibile ⁊ liq̄factiuū lingue. ℭ Notādū aūt q̄ ſal: lꝫ ſit actu ſiccus: pōt tñ de leui imutare ſenſū guſtus: q̄r eſt faciliter liquefactibilis. ℭ Deinde cūꝫ dicit.

Cō.103 ℭ Sicut aūt viſus viſibilis eſt ⁊ inuiſibilis: tenebra aūt inuiſibilis eſt: iudicat aūt ⁊ ipſam viſus. Adhuc autem valde ſplendidi eſt: etenim hoc inuiſibile eſt: alio aūt modo a tenebra. Similiter aūt ⁊ audit⁹ ſoniq̄: ⁊ ſilētij: quoꝝ aliḋ audibile: aliud nō audibile: ⁊ magni ſoni ſicut viſus eſt ſplendidi. Sicut enim paruus ſonus iaudibilis quodāmodo: ſic ⁊ magnus ⁊ violentus. Inuiſibile aūt aliud quidē oīo dicit̄: ſicut ⁊ in alijs ipoſſibile: aliud aūt quāuis aptū natū non habet: aut praue: ſicut qḋ ſine pedibus eſt: ⁊ ſine gradu dicit̄.

ℭ Poſtq̄ determiauit de medio guſt⁹: oñdēs q̄ nō req̄rit̄ ibi mediū extraneū. in ꝑte iſta determiat de ei⁹ obō: circa qḋ duo fac̄: q̄r p̄ determiat de obō guſt⁹ vt differt a tactu. 2° d. obō ei⁹ vt ꝯuenit cū ipſo: ꝑcipit. n. guſt⁹ ſaporē ⁊ humidū: ſꝫ ſaporē ꝑcipit vt differt a tactu: hūidū ꝟo vt ꝯuenit cūꝫ ipo ibi. (Ur̄ aūt p̄nᵐ eē) circa p̄mū duo fac̄: q̄r p̄ oñdit quō accipit̄ obꝫ in alijs ſenſib⁹. 2° qḋ dixerat adaptat ad guſtū ibi. (Sic aūt guſt⁹) dicit g̊ q̄ ſic̄ viſus eſt viſibilis ⁊ iuiſibilis: q̄r tenebra aūt eſt iuiſibil̄: ⁊ tñ viſus iudicat ipſā tenebrā. adhuc aūt viſus ē valde ſplēdidi: ⁊. n. h̄. i. valde ſplēdidū eſt iuiſibile: ⁊ tenebra eſt iuiſibilis: ſed alio mō. ⁊ qḋ dc̄m eſt de viſu itelligēdū eſt de alijs ſenſib⁹: iō ſubdit. ſilr̄ aūt ⁊ audit⁹ eſt ſoni ⁊ ſilētij: quoꝝ aliud qdē vt ſonū dicimus eſſe qd audibile: aliud ꝟo vt ſilētiū non audibile: eſt etiā audit⁹ magni ſoni: ſicut viſus eſt ſplēdidi: audit⁹ enim cōparat̄ ad magnū ſonū: ſic et ad qd iaudibile: q̄r ſic̄ paruus ſonus eſt iaudibilis: ſicut quodāmodo magnus ⁊ violentus: iaudibile. n. ⁊ iuiſibile ⁊ cetera talia multipľr dr̄. dr̄ aūt iuiſibile aliud qdē qḋ oīo impoſſibile eſt videri vt tenebra ſicut ⁊ in alijs: aliud aūt dr̄ inuiſibile: qḋ q̄uis ſit aptū natū vt videat̄: nō hꝫ tñ vñ bñ videat̄: aut praue vr̄: ſicut eſſe ſine pedib⁹ et qḋ ſine gradu dr̄ multipľr: ſic̄ ſupple iuiſibile ⁊ iaudibile: ⁊ cetera talia multipľr dicuntur. ℭ Notādū aūt q̄ ſicut in alijs repit̄ multiplicitas: vt ſic̄ repit̄ multiplicitas in nō hr̄e pedes vel in eſſe ſine gradu ſic repit̄ multiplicitas in eſſe iuiſibile vel iaudibile: dr̄. n. aliqd non pedes hr̄e: q̄r nullo modo eſt aptū natū hr̄e pedem vt lapis: aliqd ꝟo dr̄ non hr̄e pedes: q̄r q̄uis ſit aptū natū hr̄e: tñ caret eo vt homo hñs pedes abſciſos aliquis qdē dr̄ non hēre pedē: q̄r hꝫ prauū pedē vel debilē pedē: vt claudū: ſic etiā iuiſibile dr̄ tripľr: aliqd. n. eſt tale quia nullo modo eſt aptū natū videri vt tenebra: aliqd ꝟo: q̄r ē aptū natum videri: non tñ habet nām illā modo ꝓportionato ⁊ cōmēſurato vt poſſit videri: ⁊ hꝰ eſt ſol: ⁊ vr̄ valde ſplendidū: aliqd ꝟo dr̄ inuiſibile: q̄r praue vel debiliter videri pōt: ſicut paruus ſonus dr̄ inaudibilis: q̄r praue vľ debiliter audit̄. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Sic aūt guſtus guſtabilis quidē ⁊ non guſtabilis: hoc aūt eſt paruū: aut prauū habꝫ humorem: aut corruptiuum guſtus.

ℭ Qḋ dixerat adaptat ad guſtū. d. ſic aūt guſtus eſt guſtabilis ⁊ non guſtabilis. hoc aūt videlꝫ non guſtabile eſt qḋ hꝫ humorē prauū: aut paruum: aut dr̄ nō guſtabile qḋ eſt corruptiuū guſtus: ſicut dr̄ inuiſibile nimis ſplendēs: qḋ eſt corruptiuum viſus. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Uidet̄ principiū eſſe potabile: ⁊ non potabile: guſtus. n. qdā tact⁹. Sed hoc qdē vt prauū ⁊ corruptiuū guſtus: illud aūt ſm nāꝫ. Eſt aūt cōmune tactus: ⁊ guſtus potabile.

ℭ Determinat de obiecto guſtus vt ꝯuenit cum tactu. d. q̄ p̄ncipiū imutationis guſtus videt̄ eſſe potabile ⁊ non potabile: ideſt humidū ⁊ non humidū: guſtus enim qdem ambo hec ꝑcipit: ſed hoc qdē videlꝫ non potabile cōparatur ad guſtū vt paruū ⁊ vt corruptiuū guſtus: illud autē videlꝫ potabile cōparat̄ ad guſtū ſm nām. i. vt aliqd ſm nām: ⁊ vt ꝓportionatū ei: ⁊ addit q̄ potabile. i. humidum eſt cōmune tact⁹ ⁊ guſtus. ℭ Notādum aūt q̄ ſicut guſt⁹ inquātū eſt differēs a tactu ꝑcipit guſtabile ⁊ non guſtabile ſic inquātū eſt ꝯueniēs cūꝫ actu ꝑcipit potabile ⁊ nō potabile. i. humidū ⁊ non humidū. ℭ Notandū etiam q̄ ſicut guſtabile eſt illud qḋ eſt ꝓportionatū guſtui: ⁊ audibile illud qḋ eſt ꝓportionatū auditui: inguſtabile ꝟo ⁊ in-

audibile qđ eſt improportionatū: vnde ſicut magnus ſonus corrūpens auditū ⁊ prauus ſonus ꝙ praue.i.male audit: dr̄ inaudibilis: ſic put guſtus ē qdam tactus potabile.i. humidū eſt ei ſm nām: ⁊ pportionatū: ſed ipotabile dr̄ qđ praue guſtat̄.vł qđ ē corruptiuū guſtus.

**Dubitaret forte** aliqs.vtꝛ guſtus pcipiat potabile.i.humidū.videtur ꝙ nō: qꝛ ſi potētie ſunt diſtincte etiā obā ſunt diſticta ⁊ act⁹ diſtincti: ſed tact⁹ ⁊ guſtus formalr̄ differūt: vt dcm̄ eſt: ergo guſtare ⁊ tāgere erūt formalr̄ diſtincta: ⁊ guſtabile ⁊ tāgibile erūt formalr̄ diſticta.humidū itaqꝫ qđ ē qd tāgibile non pōt eſſe qd guſtabile. ¶ In ꝯriū eſt phs qui ait ꝙ potabile eſt qd cōe ad guſtū ⁊ tactū. ¶ Dicēdū ꝙ agere: lꝫ ſit pncipalr̄ a forma: eſt tn̄ aliq̄ mō a mā: eo.n.ipſo vt ſupra dicebat̄ ꝙ hec forma reqrit hāc mām ad actionē huius forme nō ſolū facit forma: ſꝫ etiā materia: quare ſi ſapor fundat̄ in humido tanq̄ in propria mā: ⁊ humidū eſt ſubm ſaporis: nō ſolū vt ſapor eſt aliqd in gn̄e entiū: ſed vt eſt qd ſenſibile ⁊ imutatiuū guſtus imutare guſtū ſm ꝙ hō: lꝫ ꝯueniat ſapori pncipalr̄ ⁊ formalr̄: ꝯueniet tn̄ humido ex ꝯſequēti: vt inq̄tū eſt ppriū ſubiectū ſaporis: eſt ergo potabile.i.humidū cōe tact⁹ ⁊ guſtus: qꝛ vtrūqꝫ imutatur ab humido: ſed aliter ⁊ alr̄: qꝛ tactus imutat̄ pncipalr̄ ⁊ pprie: guſtus vō imutat̄ ab humido inq̄tū eſt ſaporis. ſubm.ꝙ vō arguebat̄ in cōtrariū ſolutū eſt per iam dicta. nā ſicut guſtus ⁊ tact⁹ ſunt formalr̄ diſticta: verūtn̄ guſt⁹ fundat̄ in tactu: ⁊ eſt qdā tact⁹: ſic guſtabile ⁊ tangibile diſtinguunt̄ formalr̄: verūtamē guſtabile fundat̄ in tāgibili: formalr̄ itaqꝫ ⁊ pncipalr̄ guſtus imutat̄ a guſtabili: ⁊ tactus a tāgibili imutat̄: tamen guſtus a tangibili tanq̄ ab eo qđ eſt ſaporis ſubiectū.

**Alterius forte** dubitaret aliqs ſi guſtus imutatur ab humido ⁊ ſapore a quo imutet̄ p̄us: ⁊ vr̄ ꝙ a ſapore: nā ſicut color imutat obm pn̄cipalr̄ ⁊ formalr̄: magnitudo vō in qua fundat̄ color facit imutationē in viſu mediāte colore: ita ꝙ p̄us intelligo ꝙ color imutat viſum: magnitudo aūt imutet ipm mediante colore: ſic ēt in ppoſito ſapor imutabit guſtū pncipalr̄ ⁊ formalr̄: humidū vō: qđ eſt ſubm ſaporis: imutabit ipſū mediāte ſapore. ¶ In ꝯriū eſt phus q vult ꝙ pn̄m imutationis guſt⁹ ſit potabile ⁊ nō potabile. ¶ Dōꝫ ꝙ guſtus vt tactū eſt fundat̄ in tactu.debem⁹.n.imagiari ꝙ in eodē neruo ligue eſt tact⁹ ⁊ guſtus: ſꝫ guſt⁹ eſt ibi mediāte tactu ſic in eodē pomo eſt humiditas ⁊ ſapor: ſꝫ ſapor eſt ibi mediāte humiditate: idē eſt ꝙ organū tact⁹ ⁊ guſtus nō ꝑ oēꝫ modū: qꝛ lꝫ in eodē neruo: ſint he due potētie: tactiua.vꝫ. ⁊ guſtatiua: ille tn̄ neruus ſm aliā pportionē ꝯſiderat̄: vt eſt ſubm tact⁹: ⁊ ſm aliā vt ſubycit̄ guſtui: idē eſt ꝙ qꝛ proportio illa que ſufficit ad tactū reſuat̄ vlr̄ in neruo vt diffundit̄ ꝑ totū corp⁹: tact⁹ eſt in toto corꝑe: guſtus vō eſt in quadā pte corꝑis tn̄: qꝛ pportio illa quā addit guſt⁹ ſupra tactū nō reſuat̄ niſi in quadā pte corꝑis vt in ligua: igit̄ ſic hō albus addit ſupra hoīeꝫ ⁊ icludit totū qđ dicit hō: idē ē ꝙ in plib⁹ repit̄ rō hoīs q̄ rō hoīs albi: ſic qꝛ guſt⁹ addit ſupra tactū: ⁊ pſupponit ipm: eo ꝙ fundet̄ in eo: in plib⁹ reb⁹ repit̄ rō tact⁹ q̄ rō guſtus.ſi igit̄ neruus i quo fundat̄ ſenſus guſtus eēt alius realr̄ ⁊ ſimplr̄ a neruo in quo fundat̄ ſenſus tact⁹: adhuc oporteret nos dicere ꝙ organū guſt⁹: nō ſolū iudicaret de ſapore: ſꝫ ēt de humiditate: ita ꝙ adhuc verꝫ eēt ꝙ potabile ſiue humidū nō ſolū eēt obm tactus: ſed ēt guſtus. ſm hoc itaqꝫ verificaret̄ ordo iā tact⁹: vt ꝙ humiditas imutaret neruū illū in quo fundaret̄ guſtus mediāte ſapore: ſm ꝙ nālē itelligētiā ſapor p̄us imutaret neruū q̄ humiditas que eſt fundamētū ſaporis: ſic p̄us itelligimus ꝙ color imutet oculū q̄ magnitudo que eſt coloris ſubm. Nūc aūt nō ſic ſe hꝫ: ſed ille idē neruus ex̄ns in lingua que eſt fundamētū vtutis tactiue: eſt etiā fundamētū guſtus: q̄re ſicut in illo neruo p̄us fundat̄ tactus: ⁊ mediāte tactu fundat̄ guſtus: ſic pſat⁹ neruus p̄us imutat̄ ab humiditate que eſt qđdā tāgibile: ⁊ mediante ea imutat̄ a ſapore qui eſt quoddā guſtabile. ppter qđ hn̄ dcm̄ eſt ꝙ pncipiū hō imutationis: vt eſſe potabile.i.humidū. ¶ Eſt aūt diligēter aduertēdū ꝙ hūc ordinē queꝫ aſpicimus in neruo ex̄nte in lingua: qꝛ.ſ.in eo p̄us fundat̄ tact⁹.⁊ mediāte eo fundat̄ ⁊ guſtus: aſpicimus etiā in obo exteriori: qꝛ in eo p̄us fundat̄ humiditas ⁊ mediāte humiditate fundat̄ ⁊ ſapor: pꝫ itaqꝫ veritas q̄ſiti quō potabile humidū eſt hō imutationis pncipiū: ⁊ pꝫ etiā quō hoc taꝫ ex parte obiecti q̄ etiā organi ſibi pportioabilr̄ correſpōdent. Qđ vō obyciebat̄ de colore ⁊ magnitudine ſolutū eſt per iam dicta. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Quoniā autem humidum qdē eſt guſtabile: neceſſe ſenſitiuū ipſius: neqꝫ humidū eſſe actu neqꝫ impoſſibile fieri humidum. Patit̄ enim aliquid guſtus a guſtabili: ſcđꝫ ꝙ guſtabile ē. Neceſſariū eſt ergo humectatū fore qđ poſſibile humectari ſaluatū: non humidū aūt ſenſitiuum guſtatiuum.** Com. 104

¶ Determiat de organo ipſi⁹ guſtus: circa qđ tria facit: qa ꝑ oſtēdit q̄le dꝫ eē hō organū. ſcđo qđ dixerat pbat per ſignū. 3⁹ diſtinguit quot ſunt ſpēs guſtabiliū: ſiue quot ſunt ſpēs ſapoꝝ que hn̄t hō organū imutare. 2⁹ ibi. (Signum aūt) 3⁹ ibi. (Spēs aūt). dicit ꝙ: q̄m aūt humidū qdem eſt guſtabile neceſſe eſt ſenſitiuū.i.organū ſenſus ipſi⁹ guſtabilis: neqꝫ humidū eſſe actu: neqꝫ ipoſſibile fieri humidū. nā guſtus aliqd patit̄ a guſtabili ſm ꝙ eſt guſtabile: ⁊ qa patiēs in fine eſt ſile: in pn̄ aūt dum ſaluat̄ in ſui ꝯſiſtētia eſt diſſile: neciū eſt ꝙ organū guſtus ꝙ poſſibile eſt humectari poſtq̄ iam paſſum eſt humectatū fore: ſꝫ guſtatiuū ſenſitiuū.i.organū guſtus ſaluatū in ſui ꝯſiſtētia: vt hn̄ ꝑcipiat ſapores: nō humidū aūt dꝫ eſſe. ¶ Notādū aūt ꝙ ſicut aer cōnaturalis nob hꝫ ſemp quēdā ſuū motū q motus eſt differēs ab oib⁹ motib⁹ exteriorib⁹ vt poſſit oēs illos mot⁹ exteriores recipe ſic ligua hꝫ quādā ſuā humiditatē annexā: ſꝫ illa humiditas eſt differēs ab oib⁹ alys ſaporib⁹ vt poſſit oēs alios ſapores pcipe: dꝫ.n.organū guſt⁹ eſſe ſaluatū in hac ꝯſiſtentia: ⁊ non eſſe ifectū ſapore aliq: qꝛ ſi inficeret̄ ſapore aliquo ſapor ille impediret ne poſſ alios ſapores recipe. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Signū aūt neqꝫ ſiccā exiſtētē linguā ſentire: neqꝫ multū humidā. Hic.n.tactus fit primi humidi: ſicut cum aliqs qui aū guſtauit forte hurem guſtet alterū: ⁊ vt laborantib⁹ amara oia videntur: ppter id ꝙ lingua plena huiuſmodi humiditate ſentit.**

¶ Qđ dixerat manifeſtat ꝑ ſignū. ꝯtiuet̄ aūt ſic. hn̄ dcm̄ ē ꝙ organū guſt⁹ nō dꝫ eſſe actu humidū.i.actu ifectū aliq̄ ſapore: ⁊ etiā debet eſſe tale ꝙ de facili poſſit humectari: qꝛ de ſe dꝫ hr̄e humiditatē aliquā: ꝑ quam ſit diſpoſitū vt de facili imutet̄ a ſapore: ſignū aūt hō: ꝙ ſic ſit eſt: qꝛ non ꝯtigit ſentire liguā ex̄ntē ſiccā: neqꝫ multū humidā. H.n. tact⁹ fit pmi humidi. nā cū aliqs hꝫ linguā valde humidā .i.valde ifectā aliq̄ ſapore qcqd poſtea tāgit ꝑ liguā ſapit ſibi de ꝑ humido.i.de ꝑ ſapore quo eſt ifecta: ſic cū aliqs guſtauit fortē humorē.i.ſaporē: guſtet aūt alteꝝ ſaporē ſapiet ſibi ſapor vltim⁹ de ſapore pmo: ⁊ vt patet laborantibus omnia videnṫ amara: ſentiūt.n.omnia amara eſſe ꝑpter id qđ eoꝝ ligua eſt plena ⁊ ifecta hō hūiditate cole-

rica. ℂ Notādū aūt φ ga liguā oꝛ hr̄e aliq̄ humiditatē. vt de facili imuteť a ſapoꝛe: ideo vt cōmēta. ait: natura pa rauit ſaliuā i oꝛe ⁊ pparauit inſtra ad ɔgregādū hꝫ ſaliuā ⁊ hūiditatē vt mediāte ea guſtarenť ſicca. ℂ Deiñ cū dic.

Cō.105 ℂ Spēs aūt humoꝝ ſic̄ ⁊ in coloꝛibus: ſimpli ces: qdē ɔtrarie ſunt ſicut dulce ⁊ amaꝝ. Ha bito aūt ſunt cū hac quidē pingue: cū illa vō ſa litū: media aūt hoꝝ erit acre: ⁊ auſteꝝ: ⁊ ponti cum: ⁊ acutum: fere enim he videnť eē humo rum dr̄ie. Quare guſtatiuū eſt potētia huiuſ modi: guſtabile aūt eſt factiuū actu huius.

ℂ Diſtiguit ſpēs ſapoꝝ imutātes oꝛganū guſtus. d. φ ſpēs āt hūoꝝ. i. ſapoꝝ ſumūť: ſic ⁊ i coloꝛibꝰ: qꝛ ſic coloꝛes qdā ſūt ſimplices qdā medij: ſic ⁊ ſapoꝛes: ſꝫ ſimplices qdē ſa poꝛes ſūt. i. ſe hn̄t ɔrie: ſic dulce ⁊ amaꝝ: bito aūt. i. ɔīr ſūt cū hac qdē. i. cū dulcedine pingue: cū illa vō. i. cū amaritu dine ſalitū. nā pinguis ſapoꝛ eſt annexus dulci: ſalitꝰ vō eſt annexus. i. ppinquus amaro: media autē hoꝝ ſapoꝝ ſunt acre ⁊ auſteꝝ ⁊ ponticū ⁊ acutū: ⁊ ſubdit φ fere. n. he vīr eſſe dr̄ie humoꝝ. i. ſapoꝝ: ⁊ qꝛ tales ſunt ſapoꝛes: ɔcludit dicēs: quare guſtatiuꝫ. i. oꝛganū guſtus eſt potentia hꝫ. i. potētia ad hꝫ ſapoꝛes: guſtabile aūt eſt factiuū actu hꝫ. i. actu eſt imutatiuꝫ oꝛgani guſtus. eſt. n. guſtabile tale in actu: quale oꝛganū guſtus eſt in potētia. ℂ Notādū autē φ ſemp patiēs eſt tale in potētia: q̄le eſt agēs in actu: ⁊ ga oꝛganū guſtus patiť a guſtabili tanq̄ ab obo: opꝫ φ oꝛga nū guſtus ſit potētia hꝫ. guſtabile vō ſit hꝫ actu factiuꝫ. ℂ Notandū etiā φ ſpēs enumerate ſapoꝝ poſſunt redu ci ad ſeptē: qꝛ auſterū ⁊ acre quodāmodo idē nominant. erūt itaq̄ he ſeptē ſpēs ſapoꝝ: videlꝫ dulce: amaꝝ: pigue: ſalitū: acre: ponticū: ⁊ acutū: ſufficiētia aūt harū ſeptē ſpe cierꝫ ſic pōt accipi: qꝛ oīs ſapoꝛ eſt extremus vl̄ medius. ſi extremus ſic ſunt duo ſapoꝛes: amarus ⁊ dulcis: ſi autē ſit medius: vel hoc eſt per eque diſtantiā: ⁊ ſic eſt acutꝰ ſa poꝛ: qui quodāmodo videť equalr̄ diſtare ab amaro ⁊ dul ci: ſi aūt non ſit per eque diſtātiā: tūc ſapoꝛ ille vel eſt iter acutū ⁊ dulce: vel inter acutū ⁊ amarū: ſi iter acutū ⁊ dul ce: vel magis appꝛopinquat dulci: ⁊ tūc eſt pinguis ſapoꝛ: vl̄ magis appꝛopinquat acuto: ⁊ tunc eſt acer ſapoꝛ: ſi aūt ſit iter acutuꝫ ⁊ amaꝝ: vel magis appꝛopiuquat amaro: ⁊ tūc eſt ſalitꝰ ſapoꝛ: vel magis acuto: ⁊ tūc eſt ponticus.

Cō.106 De tangibili aūt ⁊ tactu eadem ratio. Si enim tactus non eſt vnus ſenſus: ſed plures: neceſſariū eſt ⁊ tangibilia ſenſibilia plura eſſe.

¶ Poſtq̄ꝫ determinauit de actiōe itellectus q̄ dr̄ itellectꝰ cōpoſitoꝝ: vel q̄ dr̄ fides. determinat de actiōe itellectꝰ q dr̄ intellectꝰ ſimpliciū: vel q dr̄ itelligētia idiuiſibiliū. circa qd̄ tria facit: ſꝫ ꝙ 3ͬ dr̄ idiuiſibile. dr̄. n. aliqd eē idiuiſibile ſm̄ actū. aliqd dr̄ eſſe idiuiſibile ſm̄ formā. aliqd v̄o dr̄ eſſe idiuiſibile ſimplr̄: vt pūctꝰ. tria ḡ facit. qꝛ ꝑmo oſtēdit qūo itelligiť indiuiſibile ſm̄ actū. 2ͦ oſtēdit qūo itelligiť indiuiſibile ſm̄ ſpēm ſiue ſm̄ formaꝫ. 3ͦ declarat qūo itelligiť indiuiſibile ſimplr̄: vt qūo itelligiť punctꝰ. 2ͣ ibi. (Qꝛ aūt nō ſm̄ q̄titatē) 3ͣ ibi (Pūctū aūt) ¶ Ad euidētiam aūt ꝑme ꝑtis ſciendū ꝙ idiuiſibile ſm̄ actū dr̄ eē oē cōtinuū: nā oē tale lꝫ ſit diuiſibile ſm̄ potentiā: eſt tñ idiuiſibile ſm̄ actū. qꝛ q̄diu eſt actu cōtinuū taꝫ diu eſt actu vnū ⁊ actu idiuiſum. duo ergo facit. qꝛ ꝑmo oñdit qūo indiuiſibile ſm̄ actū. i. qūo ꝯtinuū intelligať ſm̄ ſe. ſcd̄o declarat qūo itelligať vt ꝯſiderať diuiſum ꝑ ꝑtes ibi (Non igiť eſt dicere) Dicit ḡ. ꝙ qm̄ aūt duplr̄ dr̄ idiuiſibile: potentia aut actu: nihil ꝓhibet itellectū itelligere idiuiſibile cū intelligat lōgitudinē. qꝛ ipſa lōgitudo eſt idiuiſibilis actualr̄. itelligēdo ḡ lōgitudinē itelligit aliqd idiuiſibile ⁊ in tempore indiuiſibili ſuꝑ. intelligit eam: ⁊ ſubdit ꝙ indiuiſibile longitudini eſt ſimiliter ⁊ tempus: vel qd̄ eſt diuiſibile ſimiliter longitudini ⁊c. vt in alia littera plenius. dicitur. tempus enim eſt ſimiliter indiuiſibile longitudini. quia ſicut longitudo: quia cōtinua eſt indiuiſibilis actu diuiſibilis autem potentia. ſic ⁊ tempus cuz ſit quid con-

tinuū eſt indiuiſibile actu: diuiſibile vō poª. ℭ Notādum aūt ꝙ cū lōgitudo ſit qd īdiuiſibile actu: ītelligere lōgitudinē ē ītelligere īdiuiſibile: q̄re ītellꝰs lōgitudīs poterit ptinere ad ītellm ſimpliciū: g ītellꝰs ſimpliciū dr̄ ītelligētia indiuiſibiliū. ℭ Notādū ēt ꝙ ait tp̄s eſſe indiuiſibile ſilr lōgitudini: qꝛ ſic̄ lōgitudo eſt īdiuiſibilis: qꝛ eſt īdiuiſibil' actu n̄ poª: ſic tp̄s indiuiſibile eſt actu nō poª: qḋ ꝓ tāto dictū eſt: qꝛ ſi ītelligit̄ magnitudo in ſe ītelligit̄ in tp̄e īdiuiſibili: ſꝫ ſi diuideret̄ magnitudo p ptes: vt ꝙ p pᵒ ītelligeret̄ vna ps magnitudīs: ⁊ poſtea alia: oporteret ꝙ diuideret̄ ⁊ tp̄s: vt patebit in ſeq̄nti clauſula: ita ꝙ in vna pte tpis ītelligeret̄ vna ps magnitudīs: ⁊ in alia alia. ℭ Notādū etiā ꝙ vbi nos hēmus ꝙ tp̄s ē ſilr īdiuiſibile lōgitudini q̄dā lr̄a hꝫ ꝙ eſt ſilr diuiſibile lōgitudini: quoꝝ vtrūq꜄ verum ē: qꝛ ſic̄ lōgitudo eſt īdiuiſibilis actu nō poª: ſic ⁊ tp̄s: ⁊ ſic̄ lōgitudo eſt diuiſibilis poª: ſꝫ nō actu: ſic ⁊ tp̄s eſt ēt diuiſibile. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Nō. n. eſt dicere aliqd ī medio ītelligere vtrūq꜄: nō. n. eſt niſi diuidat̄: ſꝫ aut potētia ſeorſuꝫ: aut vtrūq꜄ ītelligēs dimidioꝝ diuidit tp̄s rerū ſil': tūc aūt eſt vt in longitudīe: ſi vō eſt ſicut ex vtriſq꜄: ⁊ in tp̄e eſt qḋ in vtriſq꜄.

ℭ Declarat quō ītelligat̄ īdiuiſibile. i. quō ītelligat̄ ꝯtinuū vt ꝯſiderat̄ diuiſum p ptes. d. nō igit̄ eſt dicere ꝙ ītelligere vtrūq꜄. i. ītelligere totū ſit ītelligere aliqd ī medio tpis nō. n. eſſet h̄ niſi diuidat̄. nā q̄diu intelligit̄ linea: vt vtrūq꜄. i. vt ꝯtinua nō ītelligit̄ aliq̄ ps linee in medio tp̄e ⁊ alia pars in alio medio tp̄e: ſꝫ ſi diuidat̄ linea diuidit̄ ⁊ tp̄s in quo ītelligit̄. iō ſubdit: ſꝫ aut poª ſeorſuꝫ. i. poª ſepata. ⁊ poª diuiſibilis aūt ītell'ns vtrūq꜄. i. vtrāq꜄ ptē liēe diuiſe actu. diuidit. n. ⁊ tp̄s ſil': tūc aūt ſup. eſt diuiſio in tp̄e: vt eſt diuiſio in lōgitudīe. ⁊ ſeq̄t̄. ſi vō eſt ītelligere lineaꝫ: ſicut ꝙ ex vtriſq꜄. i. ſic̄ aliqd ꝯtinuū ⁊ īdiuiſibile ītelliget̄ linea ſic accepta: ⁊ in tp̄e qḋ eſt ex vtriſq꜄. i. in tempore vno ⁊ ꝯtinuo: ⁊ per cōſequēs indiuiſibili.

**Dubitaret forte** aliqs vtrū intellꝰs poſſit ītelligere lōgitudinē: ⁊ vr̄ ꝙ nō. qꝛ nūq꜄ oculꝰ videret colorē: niſi ſilitudo coloris eēt ī oclo. g nunq꜄ ītellꝰs ītelligeret lōgitudinē niſi ſilitudo lōgitudīs eēt in ītellectu: ſꝫ cū ītellꝰs ſit qd īdiuiſibile nō poterit eſſe ſuſceptiuus lōgitudīs: ſic̄ nec pūctꝰ: qꝛ eſt qd indiuiſibile: poſſet recipe exēplar ⁊ ſilitudinē alicꝰ magnitudīs. ℭ Dicēdū ꝙ intellꝰs intelligit magnitudinē: ⁊ hꝫ in ſe ſilitudinē magnitudīs: ſꝫ h̄ eſt put magnitudo reducit̄ ad aliqd indiuiſibile: ⁊ tūc rō peccabat p fallaciaꝫ accn̄tis. nam accit magnitudini ꝙ ſit qd diuiſibile vt hꝫ ſilitudinē in intellectu: qꝛ nō hꝫ ſilitudinē in ipſo vt eſt ſic diuiſibilis ⁊ extenſa: ſꝫ vt reducit̄ ad aliqd īdiuiſibile. ℭ Ad cuius euidētiā aduertēdū ꝙ lꝫ vna magnitudo ſit maior alia: nō tn̄ vna eſt magis magnitudo q̄ alia. nā oēs magnitudīes eiuſdeꝫ ſpēi illā ſpeciē equalr̄ pticipāt: g ſm rōnē ſpecificā magnitudinis eiuſdē ſpeciei ꝯſiderant̄ ſm aliqd īdiuiſibile. ītellectꝰ itaq꜄ g recto aſpectu fert̄ in magnitudines nō vt cōſiderant̄ ſub eē pticulari: ſꝫ vt vniunt̄ ī eſſe ſpecifico hꝫ in ſe rōnē magnitudinū vt aliq̄ mō reducunt̄ ad aliqd indiuiſibile: ꝙ aūt ſic ſit. pꝫ. nā ſm eē extēſuꝫ vna magnitudo maior eſt alia: apud tamē intellm ſi ſint due linee vel due magnitudines: vna magna: ⁊ alia pua: dū tn̄ ille linee vel ille magnitudines ſint eiuſdē ſpēi: nō alia rō formabit̄ in intellectu: nec aliud occurrit intellectui de magnitudine magna q̄ de pua: rōnes g in ītellectu circūcernūt magnitudines vt vniunt̄ in aliq̄ eſſe ſpecifico: ⁊ vt reducunt̄ ad aliqd indiuiſibile: nō aūt hꝰ rōnes circūcernūt magnitudines ſm ꝙ aliq̄ ſunt magis magne: alique magis parue: nec ſm ꝙ aliq̄ ſunt magis extēſe aliq̄ minus extēſe: ītellꝰ ergo ſic ītelligere magnitudīes: ⁊ ſic hr̄e in ſe magnitudinū rōnes nō eſt incōueniēs vt declaratū eſt p iā dicta.

**Alterius** forte dubitaret aliqs: vtrum ītellꝰs poſſit intelligere duas magnitudines eiuſdem ſpēi: quaꝝ vna ſit magna: alia vō pua. ℭ Dicēdū ꝙ recto aſpectu nunq꜄ intellꝰs intelligit diſtincte duo aliq̄ eiuſdē ſpeciei: qꝛ tūc recto aſpectu poſſet intelligere pticulare: tn̄ ꝯuertēdo ſe ad fantaſma cū in fantaº: eo ꝙ ſit vtus organica repſentet̄ res ſub eſſe ſignato: pōt ītellꝰs ītelligere aliquod pticulare: ⁊ pōt intelligere hoc mō aliq̄ plura diſtincte: q̄tūcūq꜄ illa plura ſint eiuſdē ſpēi. poterit g qs in fantaſia formare ſibi idolū magnitudīs magne ⁊ magnitudinis pue: ⁊ tūc ꝯuertēdo ſe ad fantaº poterit diſtincte vtrāq꜄ magnitudinē ītelligere. imo p ꝯuerſionē ad fantaſmata poterit ītellectꝰ intelligere nō ſolū duas magnitudines eiuſdē ſpēi: quaꝝ vna ſit magna alia pua: ſed ēt hoc modo diſtincte ītelligere poterit duas magnitudines eiuſdē ſpeciei dato ꝙ ſint equales.

Quod aūt non ſm q̄titatem īdiuiſibile eſt: ſꝫ ſpecie intelligit̄: ⁊ īdiuiſibili tp̄e: ⁊ indiuiſibili aīe cōceptu: ſcḋm accn̄s aūt: ⁊ non inquātum illa diuiſibilia ſunt: quod intelligit: ⁊ ex quo tp̄e: ſed in quantum ſunt indiuiſibilia. Cō. 24.

ℭ Poſtq̄ phs oñdit quō ītelligit̄ īdiuiſibile ſm ꝯtinuitatē hic vt dicebat̄. oñdit quō ītelligit̄ īdiuiſibile ſm ſpeciē ⁊ ſm formaꝫ: circa qḋ duo facit: qꝛ pᵒ facit qḋ dcm̄ eſt. ſcḋo ꝯparat h̄ īdiuiſibile ad illud ibi. (Ineſt aūt) dicit g. qḋ āt nō eſt īdiuiſibile ſm q̄titatē: ſꝫ ſpē. i. ſm ſpeciē: ⁊ ſꝫ formā ītelligit ītellꝰus ꝙ eſt ſic īdiuiſibile īdiuiſibili tp̄e ⁊ īdiuiſibili aīe ꝯceptu. nā lꝫ ꝙ ſic ītelligit̄ hēat aliq̄ diuiſionē: ſꝫ accn̄s aūt illa diuiſio cōparat̄ ad intellm. nam qḋ ītelligit ītellꝰs vel qḋ ītelligit̄ ab ītellectu in tp̄e alio. i. in tp̄e aliquo de illis diuiſibilibꝰ h̄ nō eſt inq̄tū illa ſunt diuiſibilia: ſed inq̄tū ſunt de numero īdiuiſibiliū. ℭ Notādū aūt ītētionē phi in h̄ ꝯſiſtere ꝙ īdiuiſibile ſm ſpeciē lꝫ hēat aliquā diuiſionē in ptibꝰ: poterit tn̄ intelligi in tp̄e īdiuiſibili: qa hñs hꝰ diuiſionē in ptibꝰ nō intelligit̄ ab ītellectu: ſm ꝙ eſt diuiſibile: ſꝫ ſm ꝙ eſt indiuiſibile. ℭ Notādū ēt aliqs textꝰ hr̄e nō inq̄tū illa diuiſibilia intelligit ītellꝰs in tēpore aliq̄: ſed inq̄tū īdiuiſibilia: ⁊ tūc eſt ſupplēdus textꝰ. ꝙ ītellꝰs intelligit in tp̄e alio. i. in tp̄e aliq̄ indiuiſibili: nō inq̄tum illa diuiſibilia ſup. hñt diuiſionē: ſꝫ inq̄tū ſunt īdiuiſibilia. i. inquātū habet induiſionem.

**Dubitaret forte** aliqs: vtrū poſſit eē vnū ſm formā qḋ nō eſt vnū ſm ꝯtinuitatē. ℭ Dōꝫ ꝙ in aliqbꝰ īuenimꝰ vnitatē duplr̄ vel ſm ſe vl' ī ordīe ad aliḋ: ⁊ vtrobiq꜄ īuēimꝰ aliqºº vnitatē ſꝫ formā: ⁊ tn̄ n̄ ē ibi vnitas ſm ꝯtinuitatē. nā alr̄ aīal ē qd vnū: ⁊ alr̄ ē exercitꝰ qd vnū. nā aīal ē qd vnū ſꝫ ſe: qꝛ hꝫ ī ſe vnā formā: ⁊ vnā nām: exercitꝰ vō eſt qd vnū in ordine ad vnū ducē: a quo vno duce totꝰ exercitꝰ eſt formalr̄ quodāmō vnus: ſi g loqmur de vnitate rei ſm ꝙ exercitꝰ eſt qd vnū: que vnitas cōpetit ei in ordine ad aliḋ: planū eſt ꝙ ibi nō eſt vnitas ſꝫ ꝯtinuitatē: lꝫ ſit ibi vnitas ſm ordinē: a quo ordīe pōt exercitꝰ aliquo mō dici formalr̄ vnus: ſed ſi loq̄mur de vnitate ſm ꝙ aīal eſt qd vnū. adhuc ſaluare poterimus ꝙ ibi ſit vnitas ſm formā abſq꜄ vnitate ſm cōtinuitatē. nā ad pfectā ꝯtinuitatē reqrit̄ ꝙ ptes ꝯtiui hēant vnū motū. vt dr̄. 5º meta. vt ſi lignū eſt vē ꝯtinuū: oꝫ ꝙ nō poſſit moueri vna ps ligni niſi ⁊ moueant̄ cetere ptes: in aīali aūt pōt moueri crus abſq꜄ eo ꝙ moueat̄ illud qḋ cōiungit̄ cruri: vere itaq꜄ ⁊ ſimplr̄ aīal eſt vnū ſꝫ formaꝫ: nō

tñ eſt ibi ſimplr̃ ↄtinuitas cũ poſſit moueri vna ꝑs aialis alia qeſcēte: eſt ḡ intētio pħi ꝙ cũ in aiali vel in aliq̃ alio hꝰ toto ſit vnitas ſm̃ formã: nõ tñ ſit ibi vnitas ſm̃ q̃titatē. i. ſꝫ ↄtinuitatē: qꝛ eſt ibi aliq̃ diſcõtinuitas ⁊ aliq̃ diuerſitas in ꝑtibꝰ: poterit nihilominꝰ nr̃ itell's itelligere hoc mõ totũ idiuiſibile qd̃ hꝫ aliquã diuiſionē in tpe idiuiſibili: qꝛ nõ itelliget ipm̃ vt eſt diuiſibile: ſꝫ vt eſt idiuiſibile. tale ḡ totũ vt intelligit̃ ēt tpe idiuiſibili accit ei qd̃ ſit diuiſibile: qꝛ nõ itelligit̃ in tpe idiuiſibili vt eſt diuiſibile: ſꝫ vt eſt indiuiſibile. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

**¶ Ineſt aũt vtiq꜄ his aliqd indiuiſibile: ſed forte indiuiſibile: qd̃ facit tēpus vnum: ⁊ longitudinem: ⁊ hoc ſimiliter eſt in omni continuo: ⁊ tēpore: ⁊ longitudine.**

¶ Cõparat h̄ idiuiſibile ſm̃ formã: ad h̄ ꝙ eſt indiuiſibile ſm̃ ↄtinuitatē. d. ieſt aũt vtiq꜄ his. i. illis q̃ ſunt vnũ ſꝫ formã aliqd idiuiſibile qd̃ fac̃ ea vnũ: ſic̃ ſuꝑ. ipſis ↄtinuis ieſt aliqd indiuiſibile qd̃ fac̃ ea vnũ. vnũ ḡ ſm̃ formã ⁊ vnũ ſꝫ ↄtinuitatē eſt vnũ ꝑ aliqd̃ indiuiſibile: ſꝫ dr̃ nter: iõ ſubdit. ſꝫ forte qd̃ fac̃ tps vnũ ⁊ lõgitudinē vnã nõ eſt ſepabile. i. ñ eſt ſeparatũ: nec eſt etherogeneũ: nec difforme: ſꝫ h̄ eſt ſilr̃ i tpe ⁊ lõgitudie: ⁊ in oi ↄtinuo. ḡ in vnitate ↄtinui nõ eſt difformitas: ſꝫ ē ſilitudo ꝑtiũ qd̃ in vno ſꝫ formã ñ ſꝑ ineſt̃: Cō. 24.

**Dubitaret forte** aliqs quõ ↄtinuũ ſic fit vnuꝫ ꝑ idiuiſibile ꝙ nõ eſt ibi ſeparatio: ſꝫ eſt ibi ſilitudo ⁊ vniformitas. vnũ aũt ſm̃ formã ſic fit vnũ ꝑ aliqd idiuiſibile ꝙ põt ibi eē ſepatio diſſilitudo ⁊ difformitas. ¶ Dõꝫ ꝙ in vno ſm̃ ↄtinuitatē ſemꝑ ꝑtes ſuſcipiũt ꝑdicationē totius: qꝛ q̃lꝫ ꝑs lõgitudis eſt lõgitudo: q̃lꝫ ꝑs tpis eſt tps: ⁊ vlr̃ q̃lꝫ ꝑs ↄtinui eſt ↄtinua: ſed in vno ſꝫ formã nõ ſic. nã nõ q̃lꝫ pars hois eſt hõ: nec ꝑs leonis eſt leo: ⁊ vlr̃ nõ q̃lꝫ ꝑs aial' eſt aial. tã ḡ ↄtinuũ q̃ vnũ ſꝫ ſpēꝫ ē vnũ ꝑ aliqd idiuiſibile: qꝛ ↄtinuũ ē vnũ inq̃tũ ꝑtes eiꝰ copulant̃ ad aliquē cõeꝫ terminũ q terminꝰ vt copulat ꝑtes ↄtinui: dic̃ qd idiuiſibile. nã pũctꝰ qd indiuiſibile eſt: qꝛ copulat ꝑtes linee ⁊ linea vt copulat ꝑtes ſuꝑficiei qd indiuiſibile dic̃. nã liea nõ copulat ꝑtes ſuꝑficiei vt eſt diuiſibilis: ⁊ vt hꝫ lõgitudinē: ſꝫ vt eſt idiuiſibilis: ⁊ vt caret latitudine: ſemꝑ ḡ ↄtinuũ fit vnũ ꝑ aliqd idiuiſibile: ſic ēt ⁊ vnũ ſm̃ ſpeciē fit vnũ ꝑ aliqd indiuiſibile: vt ꝑ formam que de ſe eſt indiuiſibilis: ⁊ de ſe nõ diuidit̃: ſed ſi diuidit̃ h̄ eſt ꝑ mãm̃: vt ſcribit̃ 7°. meta. attñ eſt alr̃ ⁊ alr̃: qꝛ forma ſic facit rē vnã: ꝙ tñ põt cõpati ſecũ ſepationē. i. diuerſitatem ꝑtiũ: vt pꝫ in toto etherogeneo: vbi ꝑtes nõ ſuſcipiũt ꝑdicationē totiꝰ. vnitas tñ ſꝫ ↄtinuitatē ſm̃ ꝙ hꝰ nõ ↄpatit̃ ſecũ talē ſepationē: ſed in oi ↄtinuo ſm̃ ꝙ hꝰ eſt ſilitudo ꝑtiũ ⁊ in oi ↄtinuo ꝑtes ſuſcipiũt ꝑdicationē totius: q a q̃lꝫ pars ↄtinui eſt ↄtinua. imo dato ꝙ eēt aliq̃ res ↄtinua in diuerſis naturis: vtputa ꝙ eēt media caro ⁊ media os: lꝫ ibi eēt difformitas in ꝑtibꝰ ſm̃ formã q̃litatiuã ſiue ſm̃ q̃litatē: qꝛ nõ q̃lꝫ ꝑs illiꝰ totiꝰ eēt caro: nec q̃lꝫ os: nõ tñ ibi eſſet difformitas ſm̃ cõtinuitatē: qꝛ quelibet pars illiꝰ cõtinui eſſet continua. ¶ Deinde cum dicit.

Cō. 25. **¶ Punctuꝫ aũt ⁊ ois diuiſio: ⁊ ſic indiuiſibile mõſtrat̃ ſicut priuatio: ⁊ ſilis ratio in alijs eſt. vt quomodo malũ cognoſcit: aut nigrũ: cõtrario enim aliquo modo cognoſcit.**

¶ Oſtēdit quõ intelligat̃ illd̃ qd̃ eſt ſimplr̃ indiuiſibile vt quõ intelligat̃ pũctꝰ: circa qd̃ duo fac̃: qꝛ ꝑmo oñdit ꝙ pũctus intelligit̃ ꝑ ꝓuationē ↄtinui. 2°. oſtēdit ꝙ intellus cognoſcēs aliqd ꝑ ꝓuationē alterius vel ꝑ formã ↄriã: oꝫ ꝙ ſm̃ ſe dicat qd in poᵃ: nõ qd in actu ibi. (Oꝫ aũt poᵃ eſſe). dicit ḡ ꝙ pũctũ aũt ⁊ ois diuiſio: ⁊ ꝙ eſt ſic indiuiſibile ſic̃ pũctꝰ mõſtrat̃. i. intelligit̃ ſic̃ ꝓuatio. i. ꝑ ꝓuõnē ↄtinui: ⁊ ſubdit ꝙ ſilis rõ eſt in alijs ꝓuatiuis. nã quõ intell's nr̃ cognoſcit malũ aut nigrũ. nã ↄrio. i. ꝑ ↄriũ aliquo mõ cognoſcit vtrũq꜄: qꝛ malũ cognoſcit ꝑ ꝓuationē ſui ↄrij: vt ꝑ ꝓuationē boni: nigrũ vͦ ꝑ ꝓuationē albi. ¶ Notãdũ aũt ꝙ ait: h̄ ꝓuatiua aliq̃ mõ cognoſci ↄrio. i. ꝑ ↄriũ: qꝛ malũ cognoſcit̃ ꝑ bonũ: cũ ſit ꝓuatio eius: malũ tñ ⁊ bonuꝫ: lꝫ aliq̃ mõ poſſint dici ↄria accipiēdo ↄria large: nõ tñ ꝓꝑe opponunt̃ ↄrie: ſꝫ ꝓuatiue. ¶ Notãdũ ēt ꝙ cũ ſuꝑ pũcto fiat diuiſio linee qlꝫ pũctꝰ põt dici diuiſio: ⁊ qd idiuiſibile: ſꝫ dr̃ pũctus inq̃tũ ↄtinuat vel terminat lineam. diuiſio vͦ dr̃ ꝓut ſuꝑ ipſum fit diuiſio linee: ſed dr̃ indiuiſibile ꝓut caret partibus. ¶ Deinde cum dicit.

**¶ Oportet autem potentia eſſe cognoſcens: ⁊ eſſe in ipſo. ſi vͦo alicui nõ ieſt cõtrariũ: ipm̃ cognoſcit ſeipm̃: ⁊ actu eſt ⁊ ſepabile.** Cō. 26

¶ Oſtēdit ꝙ itell's cognoſcēs aliqd ꝑ ꝓuationē alteriꝰ ⁊ ꝑ formã ↄriã: oꝫ ꝙ ſit qd in poᵃ. d. oꝫ aũt poᵃ eſſe cognoſcens ⁊ eē in ipſo aliquã ↄrietatē: ſi debeat cognoſcere aliqd per ꝓuationē vel ꝑ formã ↄriã: ſꝫ ſi itellectui alicui ñ ieſt ↄriũ ipm̃ ſeipꝫ cognoſcit: ⁊ ille itell's eſt qd actu: ⁊ qd ſepabile. aliq aũt textꝰ hñt hãc lr̃aꝫ affirmatiue: dr̃. n. ibi ꝙ ſi alicui itellectui ieſt ↄriũ ipm̃ ſeipꝫ cognoſcit: ⁊ tũc plana eſt lr̃a: exponit̃. n. ſic: ꝙ itell's nr̃ eſt cognoſcēs in poᵃ: ſꝫ ſi alicui itellectui iſit ↄriũ huius. i. iſit ei ꝙ nõ ſit cognoſcēs in poᵃ: ille intell's cognoſcet ſeipm̃: ⁊ erit ille intellectus qd actu: ⁊ qd a materia ſeparatum.

**Dubitaret** forte aliqs quõ ꝓuatio cognoſcat̃ ꝑ habitũ. ¶ Dõꝫ ꝙ duplr̃ põt cognoſci ꝓuatio ꝑ hitũ. vl' ꝑ hitũ quē ꝑcipit ⁊ apphēdit. vl' ꝑ habitũ quē nõ ꝑcipit: nec apphendit: vt ꝑ viſum cognoſcimꝰ tenebrã tanq̃ ꝓuõnē lumis: ita ꝙ viſus ꝑ lumē cognoſcit tenebrã. ñ ꝑ lumē: qd̃ tũc videt: ſꝫ ꝑ lumē qd̃ tũc nõ videt. nã ñ vidēdo lumē dicimꝰ nos ꝑcipe tenebrã. alio mõ põt ꝑcipi tenebra ꝑ lumē rõnē lumis apphēdēdo. nã eoipſo ꝙ ꝑ intellectũ ſcimꝰ qd iportat̃ noie lumis: poſſumꝰ ſcire qd iportat̃ noie tenebre cũ tenebra non ſit niſi ꝓuõ luis. Duplr̃ ḡ p̄t itell's cog̃ſcere ꝓuõnē ꝑ hitũ vl' ꝑ hitũ quē hꝫ: vl' ꝑ hitũ quē nõ hꝫ. nã eoipſo ꝙ qs nõ hꝫ habitũ grãmatice põt ſcire ſe eſſe ꝓuatũ grãmatica. 2° põt intell's cognoſcere ꝓuõnē ꝑ habitũ quē hꝫ. nã hñdo habitũ grãmatice vel hñdo habitũ boni põt ſcire qd ē malũ qd̃ non eſt niſi ꝓuõ boni.

**Alterius** forte dubitaret aliqs quõ itellectꝰ cognoſcens ꝓuõnē ꝑ hitũ vel ꝑ formã ↄriã q̃tũ eſt de ſe eſt cognoſcēs i poᵃ. ¶ Dõꝫ ꝙ cũ hitũ ſit ꝙ itell's duplr̃ p̄t cog̃ſcere ꝓuõnē ꝑ hitũ: vl' ꝑ hitũ quē hꝫ vl' ꝑ hitũ quē nõ hꝫ ſꝫ hr̃e põt: planũ ē: ꝙ ſi itell's cognoſcat ꝓuõnē ꝑ hitũ quē nõ hꝫ: ſꝫ põt hr̃e ꝙ in illo itellectu cadit potentialitas: ⁊ ꝙ ille itell's eſt cognoſcēs in poᵃ. Rurſus ſi itellectꝰ cognoſcat ꝓuationē ꝑ hitũ quē hꝫ vel ꝑ ſpēꝫ ↄriã quã hꝫ apud ſe: oꝫ ꝙ ille itell's ſit cognoſcēs in poᵃ: qꝛ oꝫ ꝙ itellectꝰ poſſit ꝓuari illo hitu: ⁊ illa ſpē. nã ꝓuõ ñ ꝓꝑe opponit̃ niſi hitui quē põt tollere: nec ꝓꝑe eſt ↄrietas niſi iter ea q̃ mutuo ſe pñt expellere: ſꝫ qꝛ qd̃ p̄t ꝓuari hitu: ⁊ qd̃ p̄t amittere ſciaꝫ de ſe nõ hꝫ actu ſciaꝫ: ſed eſt in poᵃ ad ſciam: veꝝ eſt dcm̃ pħi ꝙ cognoſcēs ꝓuõnē ꝑ hitũ ↄriũ eſt cognoſcēs in poᵃ. ſi aũt eſt aliqs intell's q ſeipm̃ cognoſcat ꝑncipalr̃, ⁊ ꝑ ſeipm̃ cognoſcat alia: ⁊ non ꝑ vnũ ↄrioꝝ cognoſcat aliud: cuiuſmodi eſt itell's diuinus talis itellectus eſt actu ens: ⁊ ab omni potentialitate ſeparatus.

**Alterius** forte dubitaret aliqs quõ ꝑ ꝓuõnē ↄtinui cognoſcat̃ pũctꝰ. ¶ Dõꝫ ꝙ vt cõiter ponitur nr̃a cognitio icipit a ſenſu: illa ḡ ꝑus caderēt in apphēſione itell's que ſunt ſenſibilia: ⁊ q̃ cadũt in apphēſiõe ſenſus: hꝰ aũt ſunt hñtia magnitudinem: qꝛ taliũ ꝓꝑe eſt hr̃e fantaſma ſine quo itell's nihil itelligit. ḡ ſi ꝑus cadit i ap-

prehenſione itell's qđ eſt ɔtinuū: ⁊ qđ h̄z magnitudinē cū poſteri⁹ cognoſcat p p̄us: pūct⁹ g̃ poſteri⁹ cadit in app̄heſionē itell's cognoſcet p ɔtinuū qđ p̄us cadit in app̄heſiōe ei⁹. g̃ p illū ordinē: ⁊ p illā cōparationē quā h̄z pūct⁹ ad ɔtinuū cognoſcet ab itellc̄u: cū g̃ pūct⁹ h̄ mō cōparet ad ɔtinuū: q2 p̄uat ɔtinuitate: cognoſcet punctus ab itellectu: vt eſt p̄uatio cōtinui. ¶ Deinde cum dicit.

Cō.26. ¶ Eſt aūt omnis quidē dictio: in qua aliqđ de aliquo dicit: ſicut affirmatio vera eſt. aut falſa omnis: intellect⁹ aūt nō omnis: ſed qui eſt ipſi⁹ qđ eſt: in hoc q̄ aliqđ erat eſſe. verus eſt: ⁊ nō aliqđ de aliquo.

¶ Cōparat itell'm cōpoſitoꝝ ad itell'm ſimpliciū: circa qđ tria fac: q2 p̄ dat dr̄iā iter hūc itell'm ⁊ illū. 2° qđ dixerat manifeſtat p ſile. 3° p modū epilogi reſumit quedā ſupius tradita. 2ª ibi. (Sed ſic videre) 3ª ibi. (Idē aūt). dicit g̃ q̄ eſt aūt qđe dictio que eſt aliqđ de aliq̄ ſic affirmatio vera aut falſa ōis. q.d. q̄ ōis itell's cōpoſit⁹ vbi dr̄ aliqđ de aliq̄ affirmatiue. vl' ſup. vbi dr̄ aliqđ de aliq̄ negatiue ē ver⁹ vl' falſus: itell's aūt nō ōis: ſup. eſt verus vel falſus: ſ3 q eſt ſ3 h̄ q̄ aliqđ erat eē. i. itell's ſimpliciū: ⁊ itell's qditatis ſemp eſt verus: ⁊ nō in quo aliqđ de aliquo: eſt g̃ h̄ dr̄ia q̄ itell's ſimpliciū ſemp eſt verus: itell's vō ɔpoſit⁹ in quo dr̄ aliqđ de aliquo nō ſup. ſemp eſt verus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed ſicut videri, ꝓpriū verū eſt: ſi aūt hō alb⁹: aut niger: nō eſt veꝝ ſemp: ſic aūt ſe habēt quecūq3 ſine materia ſunt.

¶ Manifeſtat qđ dixerat p ſile oñdēs q̄ itell's n̄ errat circa qđ qđ eſt: qđ eſt ꝓpriū obm ei⁹: ſic nec viſus errat circa ꝓpriū ob3 ipſi⁹: iō ſubdit q̄ ſic videre ꝓpa. i. reſpectu ꝓpꝝ obti: veꝝ eſt: ſi aūt ille q eſt alb⁹ eſt hō: aut nō: nō ſemp eſt veꝝ. ſic g̃ ſe h̄z in viſu q eſt vt⁹ m̄alis: q2 nō errat circa ꝓpriū obm: ſic ſe hn̄t q̄cūq3 ſunt ſine m̄a. i. ⁊ ſic ſe h̄z circa intellectū q eſt ſine m̄a: q2 itell's nō errat circa ꝓpriū ob3: vt circa qditatē: erit g̃ hic loc⁹ a maiori: q2 ſi viſus n̄r q eſt vt⁹ m̄alis nō errat circa ꝓpriū obm: multo magis itell's n̄r q ē vt⁹ imālis circa ꝓpriū obm nō errabit. ¶ Nōn^m aūt q̄ circa qditatē inq̄tū eſt ob3 itell's ſimpliciū: vt alias tactū ē. nūq̄ cadit error p ſe: p accn̄s aūt inq̄tum in ipſa qditate h̄z eē compoſitio pōt error cadere: qđ dupl'r pt ɔtigere: vt cōiter ponit: vel q2 ptes diffōnis nō bn̄ cōponimus adinuicē: vel q2 totā diffōnē nō bn̄ cōponim⁹ cū diffinito: q2 nō adaptam⁹ ꝓpriā diffōnē ꝓpo diffinito: ſ3 diffōnē vni⁹ adaptamus alteri. ¶ Notādū ēt q̄ ſile eſt de viſu: ⁊ de itellc̄u: nā ſuppoſito colore nō decipit viſus circa colorē: ſ3 decipitur in iudicādo de re cui cōpetit color. nā forte illud coloratū qđ videt iudicabit mel qđ erit fel: vl' iudicabit eē hominē qđ erit nō hō. ¶ Notādū ēt quoſdā exponere hūc textū: ſic aūt ſe hn̄t q̄cūq3 ſunt ſine m̄a de itellc̄u ſubaꝝ ſeparataꝝ in quaꝝ itellc̄u: vt dicūt nō cadit error: q2 ita ſe habent ſube ſepate circa oīa q̄ itelligūt: ſic nos hēmus circa ipm q̄ qđ eſt: p̄ma tn̄ expō vt exponit nō de itellc̄u ſubarū ſepataꝝ: ſed de itellectu n̄ro: magis valet: q2 per ea magis habet intentū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Idem autē eſt ſm actū ſciētia rei: que vō ſm potētiā tp̄e prior eſt in vno oīo aūt neq3 tēpore. fiūt. n. ex actu ente oīa que fiunt.

¶ Per modū epilogi reſumit quedā ſupi⁹ tradita. d. q̄ ſcia ſm actū eſt idē rei ſcite: que vō eſt ſm potētiā tp̄e eſt prior in vno ⁊ eodē. oīo aūt. i. ſimpl'r: neq3 tp̄e ſcia ſm potētiā p̄cedit ſciam ſm actū: q2 oīa que fiūt ſunt ex actu ente: niſi g̃ p̄cederet ſcia ſ3 actū nullus po⁹ ſciēs fieret actu ſciens: qual'r aūt in eodē ſcia in potētia p̄cedit ſciam ſm actum: ⁊ qualiter ſimpl'r ſcia ſm actum precedat ſciam in potentia fuit ſuperius declaratum.

Videtur autē ſenſibile ex potentia exiſtente ſenſitiuo actu agens: non enim patit: neq3 alterat: vnde alia hec ſpēs mot⁹: mot⁹. n. imꝑfecti actus: ſimpl'r aūt act⁹ alter eſt qui perfecti. Cō.27

¶ Poſtq̄ ph̄s determiauit de vegetatiuo ſenſitiuo ⁊ intellectiuo. In pte iſta vult determiare de appetitiuo ⁊ de ſ3 locū motiuo. ¶ Ad cuius euidētiā ſciēdū q̄ motiuū ſm locū pōt dici appetit⁹. nā aīalia per appetitū mouent localiter. ¶ Sciēdū tn̄ q̄ l3 motiuū ſ3 locū ſit appetit⁹: loq̄ndo tn̄ de motu ſm locū q cōpetit aīalib⁹ pfectis: cuiuſmōi eſt mot⁹ ꝓgreſſiuus: appetitiuū eſt vlius q̄ ſm locū motiuū. nā oīb⁹ aīalib⁹ ieſt appetitiuū: nō tn̄ oīb⁹ ieſt ſm locum motiuū. poſſemus g̃ ſic diuidere hāc ptē dicendo q̄ ph̄us p̄us determiat de appetitiuo qđ cōpetit aīalib⁹ oīb⁹. 2° determinat de ſm locū motiuo qđ nō cōpetit aīalib⁹ oībus. ſunt. n. q̄dā aīalia que nō mouent niſi motu dilatatiōis ⁊ ɔſtrictōis. 2ª ibi. (De mouēte aūt) vl' poſſum⁹ al'r diuidere: dicendo q̄ appetit⁹ eſt q̄dā iclinatio ſeq̄ns formā app̄henſam. nā ſic appetit⁹ n̄alis ſeq̄t formā n̄al'r ipreſſam: ſic appetit⁹ aīe: ſeq̄t formā ab aīa app̄hēſam: q̄re ſic in rebus n̄alib⁹ p̄us itelligo grauia hr̄e formā grauis: ⁊ poſtea ſ3 illam formā itelligo q̄ appetāt eē deorſum: ⁊ q̄ moueant: ſic p̄us itelligo q̄ aīa app̄hēdat aliquā formā p ſenſum vl' p itell'm: ⁊ poſtea ſm illā formā app̄hēſam cōpetit aīe aliqđ appetere. ⁊ vltimo ſm illū appetitū h̄z fieri mot⁹: vt pſecutio vel fuga: appetit⁹ itaq3 q̄tū ad p̄ns ſpectat cōparatur ad duo. v3. ad ſenſum ⁊ itell'm a qb⁹ cauſat: ⁊ ad motū quē cauſat. 2° g̃ fac ph̄s: q2 p̄ determiat de appetitiuo ſiue de appetitu: put cōparat ad ſenſum ⁊ ad itell'm. 2° determinat ſpāl'r de appetitu put cōparat ad motum ibi. (De mouēte aūt) circa p̄mū tria fac: q2 p̄ fac qđ dcm̄ eſt. 2° pertractat opiōnē ātiquoꝝ quā hēbāt de aīa. 3° epilogat circa determiata ⁊ ɔtinuat ſe ad dicēda. 2ª ibi (Nūc aūt de aīa) 3ª ibi. (Qm̄ aūt aīa ſm duas) circa p̄mū duo fac: q2 p̄ determinat de appetitu put cōparat ad ſenſum ⁊ ad itell'm. 2° q2 mētiōnē fecerat de intellc̄u determinat q̄dā circa ip3 itell'3 ibi (Et oīo in actōe). circa p^m duo fac: q2 p̄ oñdit q̄l'r h̄z fieri ipm ſentire. 2° cōparat ſenſu3 ad itell'm: ⁊ oñdit q̄ ſic cū ſenſus app̄hēdit aliqđ delectabile vel triſtabile ſeq̄tur appetere ſm ſenſum: ſic ex pte itell's ſe h̄z: q2 cū itell's app̄hēdit aliqđ delectabile vel triſtabile h̄z ibi eē fuga vl' pſecutio ſm appetitū itellc̄iuū ibi. (Sētire qdē igit) dicit g̃ q̄ vr̄ aūt ipm ſenſibile. i. ipm obm ex ſenſitiuo exn̄te in po⁹ actu agēs. i. faciēs actu. ⁊ q2 ſenſibile n̄ plus fac niſi q̄ reddūt ipm ſenſitiuū. i. ip3 organū ſ3 plus ad actū: nō eſt ibi ꝓpe pati: nec eſt ibi ꝓpe alteratio. iō ſubdit. nō. n. patit neq3 alterat ſup. ſenſus a ſenſibili. vñ h̄ ſpēs mot⁹ eſt alia ab alijs trāſmutationib⁹: imo ſentire nō ꝓpe eſt mot⁹: q2 motus eſt act⁹ imꝑfecti: ſ3 ſimpl'r al'r eſt act⁹ ille q eſt act⁹ pfecti cuiuſmodi eſt ſentire. nā ſentire nō ē act⁹ ipfecti: ſ3 pfecti.

**Dubitaret forte** aliq̄s quō ſentire nō eſt ꝓpe paſſio: nec alteratio: nec mot⁹ cū nō ſit act⁹ ipfecti: ſ3 pfci. ¶ Dō3 q̄ duplici via poſſum⁹ ineſtigare ſentire nō eē actū ipfecti: ſ3 pfecti. ex q̄ duplici via patebit q̄ ſentire nō eſt ꝓpe paſſio: neq3 alteratio: neq3 mot⁹. p̄ma via ſumit ex eo q̄ in motu ⁊ in paſſione ꝓprie ſumpta ſemp aliqđ abycit. 2° ex eo q̄ forma inducta per motū ſucceſſiue iducit. p̄ma via: ſic p3. na3 oīs forma dat aliquā pfectionē. eſt. n. vna forma pfectior alia: attn̄ cuil3 forme cōpetit dare aliqđ eē: ⁊ cauſare aliquā pfectionem. igit eoipſo q̄ mot⁹ itroducēdo vnā formā expellit aliam: faciēdo rē pfectā: ⁊ in actu itroducēdo vnā formā facit eā

impfectã ⁊ i po° expellẽdo aliã: quare ſi in aliquo ſubo: ſic eſſet itroductio vnius forme ꝙ nõ eẽt ibi expulſio alteri⁹ nõ ꝓprie eſſet ibi mot⁹: nec alteratio: q̃ ſic eẽt ibi ꝑfectio: ꝙ non eẽt impfectio: h̃ aũt accit circa ſenſum. naʒ pupilla oĩo eſt abſcolor: cũ ḡ coloratũ impͥmit ſuã ſĩlitudinẽ i oculo: oculus ſic recipit ſpeciẽ ⁊ formã coloris ꝙ ab eo nulla forma abycit̃. 2ª via ad iueſtigãdũ h̃ idem ſumit̃ ex eo ꝙ forma per motum iducit̃ ſucceſſiue pars poſt ptẽʒ. omne ḡ qđ mouet̃ ptim acqſiuit ⁊ ptim reſtat ei acqrendũ: q̃ vt declarari hʒ in. 6° phy. ſi nihil acqſiuiſſet: tũc nõ moueret̃: ſed totaľr eſſet in termĩo a quo: ſi totũ acqſiuiſſet iam ceſſaſſet mot⁹: ⁊ totũ eẽt in termino ad quẽ: mot⁹ ḡ q̃ reſpicit ſubm: vt hʒ ordinẽ ad ptẽ acqrẽdã ꝓut eſt acqrẽda: cuʒ reſpectu partis acqrẽde ſubʒ ſit impfectũ ⁊ in po°: ſequit̃ ꝙ mot⁹ ſit act⁹ impfecti ſm ꝙ eſt impfectũ: vel ſit act⁹ entis in po°: ſm ꝙ eſt in po°: q̃re ſi aliq̃ forma non inducat̃ pars poſt ptẽ: ſʒ iduceret̃ tota ſĩl: ꝓpter introductionẽ talis forme nõ eſſet ibi ꝓpe mot⁹: nec alteratio ⁊ introductio illi⁹ forme: nec eſſet act⁹ impfecti: ſʒ ꝑfecti: ⁊ q̃ h̃ accidit circa ſenſum: eo ꝙ ſenſus ſit ſuſceptiuus forme vt hʒ eẽ itentionale ſm ꝙ eẽ ꝑ ſe nõ hʒ ꝯrietatẽ: ⁊ per ſe hʒ itroduci tota ſĩl: ſequit̃ ꝙ ſentire nõ ſit act⁹ impfecti: ſed ꝑfecti: ⁊ vlterius ẽt ſeq̃t̃ ꝙ ſentire nõ ſit ꝓprie pati: nec ſit ꝓpe alteratio: neq̃ʒ mot⁹. adducit̃ ẽt 3ª via quare ſentire nõ eſt act⁹ impfecti: ſʒ ꝑfecti: ⁊ nec eſt ꝓpe alteratio: neq̃ʒ mot⁹. nã ipʒ ſentire lʒ dicat receptionẽ aliquã a ſenſibili: dicit ẽt iudiciuʒ aliqđ ipſius aĩe ſm impͥſſionẽ illã: ⁊ q̃ iudicare de ſenſibilib⁹ eſt aliqđ agere ⁊ aliq̃ opatio: ⁊ ſentire aliquã opationẽ noĩat: igr̃ cũ mot⁹ ſit act⁹ impfecti: opatio vo ſit act⁹ ꝑfecti: ſentire qđ eſt quedã opatio: modo quo dcm̃ eſt nõ eſt ꝓpe mot⁹: nec eſt act⁹ impfecti: ſʒ ꝑfecti. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Sentire quidem igitur ſimile eſt ipſi dicere ſolum ⁊ intelligere.**

¶ Cõparat ſenſum ad intelľm: ⁊ diuidit̃ in duo. q̃ pͦ cõparat ſenſum ad intellectũ: q̃tũ ad ſimplex iudiciũ: ⁊ q̃tum ad ſimplicẽʒ apphẽſionẽ. ſcđo cõparat illa adiuicẽ ꝓut hʒ ibi eſſe delectatio ⁊ triſtitia appetit⁹ ⁊ fuga ibi. (Cũ autẽʒ delectabile) dic̃ ḡ ꝙ ſentire qdẽ igit̃. i. apphẽdere vel iudicare ſm ſenſum eſt ſĩle ipſi dicere ſolũ. i. ipſi iudicare ꝑ intelľm: ⁊ eſt ẽt ſĩle ipſi intelligere. i. ipſi apphẽdere ꝑ itellectũ. ¶ Notãdũ aũt ꝙ ſicut aliqñ ꝑ ſenſum ſimpľr apphẽdimus ⁊ iudicamus de ſenſibili nõ apphẽdẽdo ipʒ ſenſibile vt delectabile vel vt triſte. ⁊ tũc nõ eſt ibi nec fuga nec appetit⁹: ſic ẽt itelľs aliqñ ſolũ dicit. i. ſoluʒ iudicat de re itelligibili nõ iudicãdo de ipſa ꝙ ſit delectabilis vľ triſtis: aliqñ vo itelligit ipſam rem. i. ſimpľr apphẽdit eã ꝑꝑ qđ nõ eſt ibi nec delectatio: nec triſtitia: nec appetit⁹: neq̃ʒ fuga: quare bñ dcm̃ eſt ꝙ ſentire. i. ſimpľr apphẽdere ⁊ iudicare ꝑ ſenſum eſt ſĩle ipſi dicere ⁊ intelligere ꝑ intelľm. ¶ Notãdũ ẽt ꝙ ex ꝑte ſenſus nõ ſic hẽmus noĩa diſticta ſicut ex ꝑte intelľs. ideo tã apphẽdere q̃ʒ iudicare ſm ſenſum vocat̃ ſentire: ſʒ iudicare ꝑ intelľm vocat̃ dicere. apphendere vo ꝑ itelľm põt vocari itelligere: tria ḡ ſunt tam ex ꝑte ſenſus q̃ʒ ex ꝑte intelľs: q̃ tã ſenſus q̃ʒ itelľs pͦ apphendit poſtea iudicat. 3° vo ſi apphẽdit illud vt delectabile vel triſte: eſt ibi ꝓſecutio vel fuga: tñ lʒ h̃ ſint tã in ſenſu q̃ʒ in intellectu: magis tñ hẽmus diſtincta noĩa ex ꝑte itellectus q̃ʒ ex ꝑte ſenſus. ¶ Notãdũ ẽt ꝙ in lr̃a dr̃ ꝙ ſentire eſt ſĩle ei qđ eſt ſolũ dicere: q̃ itelľs aliqñ dicit ſolũ. i. ſolum iudicat: abſq̃ʒ eo ꝙ inde ſequat̃ delectatio vel triſtitia: ſic ẽt aliqñ ſolũ intelligit. i. ſolũ apphendit abſq̃ʒ eo ꝙ ſit ibi ꝓſecutio vel fuga ſʒ appetitũ: ⁊ q̃ h̃ loq̃t̃ de ipſo ſentire ſʒ ſenſuʒ: ⁊ de ipo dicere ⁊ de ipo itelligere ſm itelľm ꝓut accipiunt̃ abſolute: iõ ait ibi ſolũ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ **Cuʒ aũt delectabile: aut triſte: aut affirmãs: aut negãs ꝓſequitur: aut fugit. ¶ Et eſt delectari: ⁊ triſtari: agere ſenſitiua medietate ad bonum: aut malũ: inq̃tũ talia: ⁊ fuga: aut ⁊ appetitus: hec que ſm actum: ⁊ non alterũ appetitiuʒ ⁊ fugitiuũ: neq̃ʒ abiuicẽ: neq̃ʒ a ſenſitiuo: ſed eſſe alterum eſt.** Cõ. 29

¶ Cõparat ſenſum ad intelľm ꝓut ibi hʒ eſſe delectatio: ⁊ triſtitia ⁊ appetit⁹ ⁊ fuga: circa qđ duo facit: q̃ pͦ oñdit quõ h̃ hñt eſſe i ſenſu. 2° ait quõ hñt eſſe i itelľu ibi (Intellectiue aũt). ꝯtiuet̃ aũt ſic. ſenſus aliqñ ſimpľr ſentit ⁊ ſimpľr apphẽdit ⁊ iudicat de ipſo ſenſibili abſq̃ʒ eo ꝙ ſint ibi ꝓſecutio vel fuga: ſed cũ iudicat: aut apphẽdit aliqd delectabile: aut triſte: ⁊ eſt aut affirmãs: aut negãs aliqd eſſe ꝓſequendũ vel fugiẽdũ ꝓſequit̃: aut fugit: ⁊ ſubdit ꝙ ⁊ eſt delectari ⁊ triſtari agere ſenſitiua mediãte: ⁊ h̃ aut bonum aut malũ inquãtuʒ talia: q̃ reſpectu boni vel mali ſumit̃ delectatio vľ triſtitia. ⁊ ſubdit ꝙ ⁊ fuga: aut appetit⁹ ſuꝑ. q̃ ſequunt̃ apphẽſionẽ ſenſitiuã ſunt h̃ que ſunt ſm actum. vel vt hʒ alia lr̃a: ſunt idẽ que ſunt ſm actũ: q̃ fuga ⁊ appetitus. i. fuga ⁊ deſideriũ: que ſequunt̃ apphẽſionẽ delectabilis ⁊ triſtabilis hñt eſſe actuale vel hñt eſſe ſm actum. nã ſtatim cũ ſʒ ſenſuʒ apphendis actu aliqd delectabile vel triſtabile: ſtatim vis actu appetere vel fugere: ⁊ addit ꝙ non eſt alterũ appetitiuũ ⁊ fugitiuũ: neq̃ʒ abiuicẽ: neq̃ʒ a ſenſitiuo: ſed eẽ ⁊ ſm eſſe: ⁊ ſʒ diffõnẽ eſt aliud.

**Dubitaret forte** aliqs quõ delectari ⁊ triſtari ẽ ſenſitiua mediãte: vel vt hʒ alia lr̃a: ſſitiua medietate. ¶ Dicẽdũ ꝙ dupľr põt exponi ꝙ ſenſitiua mediãte vľ ſenſitiua medietate fiat delectatio vľ triſtitia. planũ eſt. n. ꝙ mediãte ſenſitiua. i. mediante ſenſu: ⁊ ꝑ ſenſum ſit delectatio vel triſtitia: tñ plus oportʒ intelligi q̃ʒ ꝙ mediãte ſenſu: ⁊ per ſenſum fiat talis delectatio vel triſtitia: oʒ. n. ibi eſſe aliqđ mediũ: qđ dupľr põt exponi. pͦ ꝙ h̃ medium referat̃ ad obm: ⁊ tũc erit ſenſus ꝙ eſt delectatio qñ ꝑuẽtũ eſt ad mediũ. i. qñ ꝑuẽtum eſt ad ꝯueniẽs: q̃ delectatio ꝯſurgit ex ꝯiũctõe ꝯueniẽtis cũ ꝯueniẽti. 2° põt exponi per cõparationẽ ad organum: ⁊ tũc erit ſenſus ꝙ delectatio eſt cum ꝑuẽtũ eſt ad mediuʒ. i. cũ ꝑuentũ eſt ad ſenſum cõem: qui ſe hʒ quaſi mediuʒ: ⁊ quaſi centrũ reſpectu ſenſuũ ꝑticulariũ. nã ſic in ſenſu cõi ꝯſumit̃ iudiciũ de ſenſibilibus ſic ibi ꝯſumari hʒ delectatio vel triſtitia que ꝯſurgit ex tali iudicio.

**Alterius forte** dubitaret aliqs quõ appetitiuũ ⁊ fugitiuũ nõ ſunt altera a ſenſitiuo. ¶ Dõʒ ꝙ appetere ⁊ fugere. i. deſiderare ⁊ abhominari nõ ſunt altera a ſenſitiuo: intelligẽdũ eſt ſubo: q̃ in illo eodẽ organo in quo fundat̃ ſenſus ⁊ maxime in quo fũdat̃ ſenſus tact⁹: fundat̃ ẽt appetit⁹ ⁊ fuga. nam nõ eſt itelligibile vt ſupius tãgebat̃ ꝙ ſenſitiua ⁊ appetitiua ſint diſtincta ſubo vel organo ꝓut ponebat plato. nã in quacũq̃ʒ parte reſeruat̃ ſenſus: oʒ ꝙ ibi reſeruet̃ delectatio vel triſtitia. nam ſi ſenſus ꝯiungit̃ ꝯueniẽti erit ibi delectatio: ſi diſcõueniẽti triſtitia: delectatio aũt ⁊ triſtitia non põt eſſe ſine appetitu ⁊ fuga vľ ſine deſiderio vel abhoĩatione. nã qlʒ ꝑ ſe deſiderat ⁊ appetit delectabilia ſibi: fugit ⁊ abhominat̃ triſtia. nam lʒ non eadẽ ſint delectabilia cuilʒ appetitui: ſic nec eadẽ ſũt dulcia cuilibʒ guſtui: qlibʒ tñ ꝓſequit̃ ea que ſunt ſibi delectabilia: cui ergo ſunt delectabilia bona intellectualia ꝓſequit̃ illa: habẽti aũt corruptum appetitũ ſunt delectabilla bona ſenſitiua: ideo ſequit̃ illa ſpretis intelligibilibus bonis. ſemꝑ ergo verũ eſt ꝙ delectatio ⁊ triſtitia non poſſunt eſſe ſine appetitu vel fuga vľ ſine deſiderio ⁊ abhomiatione: ⁊ q̃ vbicunq̃ʒ eſt ſenſus: ⁊ maxime vbi eſt ſenſus tactus ibi ꝯuenit eſſe appetitum ⁊

fugã: vl deſideriũ ꝛ abhoĩationem ſequiꝛ ꝙ talia ſubo ꝛ organo a ſenſitiuo ſepari nõ poſſunt.

**Alterius** forte dubitaret aliqs: vtruz appetitiuũ ꝛ fugitiuũ ſint altera abĩuicez. ¶ Dõm ꝙ ſic videm⁹ in motib⁹ nãlib⁹ ſic debem⁹ arbitrari in motib⁹ aie: cũ igiꝛ nõ ſit itelligibile ꝙ grauia ꝑ aliã formã fugiãt a loco ſurſum tanꝗ̃ a loco diſcõuenieñti: ꝛ tẽdant vel appetant locũ deorſum tanꝗ̃ aliqd ſibi ꝯueniẽs: ſed ꝑ eãdem formã: vt ꝑ formã grauis: per quã fugiũt a loco ſurſuz tẽdunt in locũ deorſum: ſic nõ eſt itelligibile ꝙ aĩa per aliaz po^am vel ṽtutez fugiat triſtia: ꝛ ꝓſequaꝛ delectabilia: imo per illã eãdẽ potẽtiã ꝛ ṽtutẽ per quaz appetit: ꝛ deſiderat delectabilia: cũ ꝯiungiꝛ ꝯuenietib⁹: fugit ꝛ abhoĩaꝛ triſtia: cum ꝯiungiꝛ diſcõuenietib⁹: ita ꝙ appetitiuũ ꝛ fugitiuuz vel deſideratiuũ ꝛ abhoĩatiuũ non ſunt altera abĩuicem: nec ſunt altera a ſenſitiuo vt eſt ꝓ habita manifeſtũ.

**Alterius forte** dubitaret aliqs cũ phs dicat fugitiuũ ꝛ appetitiuũ nõ eẽ altera abĩuicẽ: nec eẽ altera a ſenſitiuo: ſʒ eoꝝ eſſe: eẽ aliud: vtrũ h̃ ſit eodẽ modo itelligẽdũ. ¶ Dõʒ ꝙ oĩa illa non ſunt altera abĩuicẽ ſubo. nã in illo eodem organo in quo tanꝗ̃ in ſubo fundaꝛ ſenſitiuũ: ꝛ maxime vbi fundaꝛ ſenſus tact⁹ ibi ẽt fundaꝛ appetitiuũ ꝛ fugitiuum: ꝑpter qð oĩa iſta nõ ſunt altera abĩuicẽ ſubo: tñ ſunt altera abĩuicẽ ſᵐ eſſe: ſʒ nõ eodẽ modo: qꝛ ſenſitiuũ eſt aliud ab appetitiuo ꝛ fugitiuo ſᵐ eſſe: qꝛ formalr̃ ꝛ eſſentialr̃ h̃ po⁹ eſt diſtincta ab illis. nã ſic in eodẽ pomo hʒ eſſe color ꝛ ſapor: ꝛ tñ color eſt eẽntialr̃ ꝛ formalr̃ diſtinct⁹ a ſapore: ſic in eodẽ organo eſt ſenſitiuũ ꝛ appetitiuũ: ꝛ tñ ſenſus ẽ po⁹ vel eſt ṽt⁹ eẽntialr̃ ꝛ formalr̃ diſticta ab appetitu: ſʒ appetitiuũ ꝛ fugitiuũ nõ ſic. nã lʒ h̃ aliquo modo differãt ſᵐ eẽ: nõ tñ eſt itelligendũ ꝙ aĩa ꝑ aliã po^am ꝛ ṽtutẽ eſſentialr̃ ꝛ formalr̃ diſtinctã appetat ꝛ abhoieꝛ vl̃ fugiat: ſʒ ꝑ illã ꝛ eãdẽ po^am vel ṽtutẽ: per quaz appetit delectabilia fugit triſtia: vt eſt ꝓ habita manifeſtũ. dicunꝛ tñ h̃ differre ſᵐ eẽ: qꝛ lʒ aĩa faciat hoc per eãdẽ po^am: nõ tñ facꝛ ea ꝑ eandẽ po^am eodẽ mõ ſe hñtez ſed per illã po^am appetit ꝛ delectaꝛ: vt ꝯiungiꝛ ꝯuenietib⁹. triſtaꝛ ꝛ fugit vt ꝯiungiꝛ diſcõuenietib⁹. ¶ Deide cũ dic.

Cõ.30. ¶ **Intellectiue autẽ aie fantaſmata vt ſenſibilia ſunt: cũ aut bonũ: aut malũ affirmat: aut negat. ꝛ fugit aut ꝓſequiꝛ: ꝑpter qð nequaꝗ̃ ſine fantaſmate intelligit anima.**

¶ Oſtẽdit quõ hec. vʒ. appetit⁹ ꝛ fuga ſequunꝛ ꝑtẽ intellectiuã: circa qð duo facit: qꝛ p̃ facꝛ qð dcm̃ eſt. 2⁹ quedã que ſuppoſuerat ꝓbat ibi. (Sicut. n. aer) dicit g̃: ꝙ aie itellectiue. i. aie. ꝗ̃tũ ad intellm̃ fanta^ta ſunt. i. ſe hñt vt ſenſibilia. cũ aũt itellˀs per fan^ta affirmat aut negat bonũ: aut malũ fugit: aut ꝓſeqꝛ: ꝑꝑ qð ſine fantaſmatib⁹ nequaꝗ̃ aĩa itelligit. ¶ Notãdũ aũt ꝙ ſicut ſenſus nõ ſentit ſine ſenſibilibus a qbus recipit ſilitudinẽ ꝛ ſpeciẽ: ita aĩa nõ intelligit ſine fantaſmatib⁹ a qb⁹ intellˀs recipit ſpeciẽ ꝛ ſilitudinez. cõparanꝛ. n. fan^ta ad intellm̃: vt dr̃ in lr̃a ſicut ſenſibilia ad ſenſum. ¶ Notãdũ ẽt ꝙ ſicut ſenſus qñ per ſenſibilia apprehẽdit aliqd delectabile vel triſtabile: hʒ ibi eſſe appetitus vel fuga: ſic qñ intellˀs ꝑ fantaſmata iudicat aliqd delectabile vel triſtabile oriꝛ inde deſideriũ ꝛ abhoĩatio ſiue deſideriũ ꝛ fuga. ¶ Deinde cum dicit.

Cõ.31. ¶ **Sicut enim aer pupillam huiuſmodi fecit: ipſa autem alterũ: ꝛ auditus ſimilr̃. Sed vltimum vnum: ꝛ vna medietas. eſſe aũt ipſi plura: quo autem diſcernit: quo differt dulce ꝛ calidum: dcm̃ eſt quidẽ ꝛ prius: dicẽdũ autem ꝛ**

Cõ.32. **nũc. Eſt enĩ aliqd vnũ: ſic aũt ꝛ trinus. ¶ Et hoc in ꝓportionali: aut numero ens vnũ hʒ ſe ad vtrũqꝫ. ſicut illa adinuicem. Quo enim differt non homogenea iudicare: aut contraria: vt album: ꝛ nigrum.**

¶ Mãifeſtat qð dixerat: dixerat aũt duo videlʒ qð fanta^ta comparanꝛ ad intellm̃ ſicut ſenſibilia ad ſenſum. 2⁹ dixerat ꝙ cum itellect⁹ affirmat aliqd aut negat ꝛ fugit aut ꝓſequiꝛ. tria g̃ facit: qꝛ p̃ oſtẽdit ꝙ ſicut ſenſibilia cõparanꝛ ad ſenſum: ſic fanta^ta ad intellm̃. ſcðo qð dixerat declarat in termis. 3⁹ manifeſtat ꝙ cũ intellˀs affirmat aliqd aut negat: ꝓſequiꝛ aut fugit. 2⁹ ibi. (Sic igiꝛ ſicut) 3⁹ ibi. (Spẽs qdẽ igiꝛ. dicit g̃: ꝙ ſicut. n. aer fecit pupillã hꝫ. i. fecit eam qualẽ vel coloratã: ipſa aũt pupilla alterata alterum fecit qualẽ: qꝛ alterauit ꝛ imutauit alteꝝ. i. ſenſum cõem: ꝛ auditus ſilr̃. nam audit⁹ ꝛ qlibʒ ſenſus particularis alterat⁹ ꝛ imutat⁹ alterat ꝛ imutat alteꝝ. i. ſenſum cõem: ſed hꝫ ſenſus cõis vnũ vltimũ: qꝛ ſe hʒ ſic vn⁹ termin⁹ reſpectu oĩuz ſenſuũ ꝑticulariũ: ꝛ eſt ſicut vna medietas: qꝛ ſe hʒ ſic vnũ centrũ reſpectu oĩuz eoꝝ. vnus eſt g̃ ſenſus cõis: ſʒ eſt ipſi ſenſui plura eſſe vt ſupius oſtẽdebaꝛ: hũc aũt ſenſuz cõez eſſe illũ ſenſũ: quo aĩa diſcernit: quõ differt dulce ꝛ calidũ. dcm̃ eſt qdẽ ꝛ pꝰs: dicẽdũ aũt. i. repetẽdũ eſt ꝛ nũc. nã ipſe ſenſus cõis eſt aliqd vnũ: ſic aũt ſupple ex ꝑte intellˀs terminus eſt vnus. ꝛ h̃ in ꝓportionali. i. in ꝓportione: ſiue ꝓportiõalr̃ eſt ex parte intellˀs: ſicut ex ꝑte ſenſus. iõ ſubdit ꝙ aũt numero ens vnum hʒ ad vtrũqꝫ cognoſcẽs: ſupple quõ illa adinuicẽ ſe hñt: eſt. n. dare vnũ aliqd quo aĩa differt. i. diſcernit iudicare nõ homogenea. i. ea que non ſunt eiuſdẽ generis: aut ꝯ̃ria vt albũ ꝛ nigrũ. ¶ Notandũ aũt ꝙ ſicut ſenſus cõis eſt quaſi terminus oĩuz imutationum factaꝝ in ſenſib⁹ particularib⁹: qꝛ oẽs tales imutationes terminanꝛ ad ſenſum cõem: ſic intellˀs poſſibilis eſt terminus oĩuz fantaſmatũ: qꝛ imutationes oĩuz fantaſmatum terminanꝛ ad intellm̃: ꝑpter qð ſicut ſenſus cõis eſt vnus ſᵐ ſubam: tñ eſt plura ſᵐ eſſe: qꝛ cõſideraꝛ alr̃ ꝛ alr̃. put imutaꝛ a diuerſis ſenſib⁹ ꝑticularib⁹: ſic intellect⁹ eſt vn⁹ ſᵐ ſe: tñ aliter ꝛ alr̃ accipiꝛ ꝛ ꝯſideraꝛ put imutaꝛ a diuerſis fantaſmatib⁹. ¶ Notandũ ẽt ꝙ ſicut ſenſus cõis imutatus a ſenſib⁹ ꝑticularib⁹ eſt vnũ aliqd: quo aĩa diſcernit: quõ ſe hñt ipa ſenſibilia adinuicẽ ꝛ quo aĩa iudicat nõ homogenea. i. ea que non ſunt eiuſdez generis: vt dulce ꝛ album: ꝛ ſicut ſenſus cõis eſt illud quo aĩa põt iudicare contraria que ſunt eiuſdẽ generis: vt albũ ꝛ nigruz: ita ꝙ per ſenſum cõem imutatũ a ſenſibus ꝑticularib⁹ tanꝗ̃ ꝑ vnũ aliquẽ: poſſumus iudicare differẽtiã eoꝝ q̃ nõ ſunt eiuſdẽ generis: ꝛ que ſunt eiuſdẽ generis: ſic per intellectuz imutatũ a fantaſmatibus tanꝗ̃ ꝑ vnum aliqd poſſumus iudicare differentiã eoꝝ que non ſunt eiuſdez generis: ꝛ que ſunt eiuſdem generis: quod non eſſet niſi fantaſmata immutarẽt intellectum ſicut ſenſibilia ſenſum: ꝛ niſi ſe haberent fantaſmata ad intellectum ſicut ſenſibilia ad ſenſum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Sit igiꝛ ſicut. a. album ad. b. nigruz. g. ad. d. ſic illa adinuicem: quare quoniã ꝛ permutatiꝫ: ſicut igiꝛ. g. d. vni ſunt exiſtentia: ſic ſe habebũt ſicut: ꝛ. a. b. idem quidem: eſſe autez non idẽ: ꝛ illud ſimilr̃. Eadem autem rõ ꝛ ſi. a. quidez dulce ſit: ꝛ. b. vero album.**

¶ Qð dixerat manifeſtat in terminis. d. ſit igiꝛ ſic. a. albuz ad. b. nigꝝ ſicut. g. ad. d. i. ſicut fantaſma albi ad fantaſma nigri. nam ſic ſe hñt fantaſmata albi ad fantaſmata nigri ſicut illa adinuicẽ: quare ꝛ ꝑmutatiꝫ: qꝛ ſicut ſe hʒ albũ ad ſua fantaſmata: ſic ꝛ nigrũ ad ſua fãtaſmata. oʒ ꝙ ſimilis

ſit ratio de albo ⁊ nigro: ⁊ de fantaſmatibus. igiť ſicut. g. ⁊ d. i. ſicut fantaſmata albi ⁊ nigri habebunt. i. ſe habebunt ſicut exñtia vni intellectui: ſic. a. ⁊. b. i. ſic ⁊ albũ ⁊ nigrum. ſupple ſe hñt ſic exñtia vni ſenſui. Idẽ qdẽ ẽ ſenſus q pcipit albũ ⁊ nigrũ: ſed eſſe. i. ſm eſſe ⁊ ſm rõnẽ non eſt idem ⁊ illud ſilr. i. ex parte illa vt ex pte intell's: ſilr ſe hꝫ: qꝛ eſt vnus intell's qui imutať a fantaſmatibꝰ albi ⁊ nigri: ⁊ ſubdit ꝙ eadẽ aũt rõ eſt: ſi. a. qdẽ ſit dulce. b. vo albũ. nã ſicut albũ ⁊ nigruꝫ pcipiunť eodẽ ſenſu cõi: ſic ẽt ⁊ fantaſmata albi ⁊ dulcis imutãt eundẽ intellm̃ ⁊ poſſunt pcipi ab eodem itellu: quare ex declaratione facta in terminis patet qꝺ comparanť fantaſmata ad intellectum ſicut ſenſibilia ad ſenſum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Species quidem igitur intellectus in fantaſmatibus intelligit. ¶ Et ſicut in illis determi-
Cō. 33. natum eſt ipſi imitabile: ⁊ fugiendum: ⁊ extra ſenſum: cum i fantaſmatibus fuerit moueť: vt ſentiens quod fugibile eſt: qꝛ ignis contrariuꝫ cognoſcitur videns quod moueť: quoniã impugnãs eſt: aliquãdo aũt que ſunt in anima fãtaſmatibus: aut intellectibus: ⁊ tanꝗ̃ videns ratiocinatur: ⁊ deliberat futura ad preſentia.
Cō. 34. ¶ Et cum dixerit vt ibi letum: aut triſte: hic fugit: aut imitatur.

¶ Oſtẽdit ꝙ intellectꝰ apphendẽdo aliqd delectabile vel triſtabile affirmat vel negat aliqd pſequẽdũ vel fugiẽdũ dicẽs. ꝙ intellectiuũ qdẽ igiť intelligit ſpẽs in fantaſmatibus: qꝛ intell's ea que itelligit: intelligit in fantaſmatibꝰ ſicut in illis. i. ſicut in fantaſmatibꝰ determinatũ eſt ſic cõpetit ipſi intellectui imitabile ⁊ fugiendum: ⁊ exť ſenſum. q. d. ꝙ h nõ ſolũ facit pñtibꝰ ſenſibilibꝰ: ſed exť ſenſum. i. ſed hoc facit abſentibꝰ ſenſibilibꝰ: ⁊ exẽplificat de vtroqꝫ dicẽs: ꝙ cũ fuerit in fantaſmatibꝰ: ſupple pñtibꝰ ſenſibilibus moueť vt ſentiens fugibile tanꝗ̃ pñs: vt qꝛ ignis cognoſcit cõi. i. ex eo ꝙ cõiter videt accidere: cõiter. n. videt accidere ꝙ ignis eſt qd nociuũ ⁊ vidẽs qꝺ moueť bellum: qñ impugnans eſt aliqd: ſupple qñ talia pñtia ſentit indicat qd fugibile: ſed aliqñ non pſentibꝰ ſenſibilibus ea que ſunt in aĩa fantaſmatibꝰ: aut itellectibꝰ tanꝗ̃ vidẽs rõcinať ⁊ deliberat futura: aut pñtia: ⁊ cũ viderit ibi letũ: aut triſte h. i. intell's fugit. i. iudicat aliqd fugibile: aut imitať. i. iudicat aliqd pſeqndũ: ⁊ imitabile. ¶ Notãdũ ãt ꝙ ſic pñtibꝰ ſſibilibꝰ poſſumꝰ p itellꝫ iudicare aliqd pficuũ: aut nociuũ: ſic ⁊ abñtibꝰ ſenſibilibꝰ poſſumꝰ ꝯiecturãdo pñtia ad futura iudicare per intellectũ pficua vel nociua.

ET oio in actiõe: ⁊ quod ſine actione eſt: vex ⁊ falſum in eodẽ genere eſt: cuꝫ bono ⁊ malo: ſed in eo qꝺ ſimplr differt ⁊ a quodã.

¶ Quia vt dicebať phs mentionẽ fecerat de intellectu. iõ h determinat quedã circa ipſum intellectũ: circa qꝺ tria facit: qꝛ p facit qꝺ dcm̃ eſt. 2º vt dicebať per moduꝫ cuiuſdam recapitulationis reſumit opinionẽ antiquoꝝ de aĩa dicentiũ aĩam eſſe oĩa: oſtẽdẽs quomodo h habeat veritatem. 3º epilogat circa determinata ⁊ ꝯtinuat ſe ad dicẽda. 2ª ibi. (Nũc aũt de aĩa). 3ª ibi. (Qm̃ aũt aĩa) circa pmum tria facit ſm ꝙ tria determinat circa intellectũ. nam primo oſtẽdit quomodo differt intellectꝰ ſpeculatiuus a practico. ſcõo declarat quomõ intellectꝰ intelligat abſtracta mathematica. tertio querit vtrũ poſſit intelligere abſtracta ſimplr. 2ª ibi. (Abſtractione aũt dicta). 3ª ibi. (Utruꝫ aũt cõtingat). dicit ergo pmo: ꝙ ⁊ oĩo in actione. i. intellectus practicus: ⁊ qꝺ ſine actione. i. intellectꝰ ſpeculatiuus: ſupple ſunt idẽ ſubõ: ⁊ ſunt in eodẽ gñe. iõ ſubdit ꝙ vex ⁊ falſum qꝺ ptinet ad intellectũ ſpeculatiuuꝫ eſt in eodẽ genere bono ⁊ malo. i. cum bono ⁊ malo qꝺ ptinet ad intellectum practicũ: ſed differt h itellectꝰ ab illo in eo ꝙ ſimplr differt a quodã. qꝛ intellectꝰ ſpeculatiuus ꝯſiderat res vt ſumunť ſimplr: ⁊ vt hñt eſſe vle: practicus vo ꝯſiderat res vt ſunt quedã ⁊ vt hñt eſſe pticulare.

Dubitaret forte aliqs quõ vex ⁊ falſum ſunt in eodẽ genere cũ bono ⁊ malo. ¶ Dicẽdũ ꝙ ſm cõmẽtatorẽ hoc ideo eſt: qꝛ ipm vex eſt quoddã bonũ: ⁊ ipſum falſum eſt quoddã malũ: ſꝫ hoc nõ bene vadit ad intẽtionẽ phi. videť. n. phs velle oſtẽdere quõ intellectꝰ ſpeculatiuus ⁊ practicꝰ cõueniũt ⁊ differunt. ppter qꝺ ſciẽdũ ꝙ aliquãdo genus accipiť pro ſubiecto: vnde cõſueuit dici ꝙ quedã ſunt in eodẽ genere propter ideꝫ pdicatũ qꝺ pdicať de eis: quedã vo ſunt in eodẽ genere: quia habẽt idẽ ſubiectũ. accipiẽdo ergo hic genus pro ſubiecto: dicere poſſumus ꝙ veruꝫ ⁊ falſum que ptinent ad intellectũ ſpeculatiuũ ſunt in eodẽ genere cũ bono ⁊ malo: qꝛ itell's ſpeculatiuꝰ ⁊ practicꝰ ſunt i eodẽ gñe. i. ſũt idẽ ſubõ: qꝛ itell's practicꝰ ⁊ ſpeculatiuus ſunt vna ⁊ eadẽ poª: ⁊ nõ differũt niſi ſm ſimplr ⁊ qꝺdã: qꝛ vnꝰ ꝯſiderat res ſimpliciter: alius res quaſdam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Abſtractione autem dicta intelligit ſicut ſy- Cō. 35.
mum: ſm ꝙ ſymum non ſeparate. Inquãtuꝫ autem curuũ ſi aliquod intellexit actu ſine carne vtiqꝫ intellexit in qua curuuꝫ: ſicut mathe-
matica. ¶ Non ſepata tanꝗ̃ ſi ſepata ſint itel- Cō. 36.
ligit: cum intelligat illud. Oio ãt intellectu s q ſm actum res eſt intelligens.

¶ Oſtẽdit quomodo intellectꝰ itelligat mathematica abſtracta dicẽs: abſtractione aũt dicta. i. dicta per abſtractionem vt mathematicaꝫ: ſupple intelligit modo abſtracto: ſicut ſymũ ſm ꝙ ſymũ intelligit nõ ſeparate. i. modo nõ abſtracto. Nam ſic naturalia in eo ꝙ naturalia intelligit modo non abſtracto: ſic mathematica ſm ꝙ hꝰ intelligit modo abſtracto: ⁊ ſubdit ꝙ ſi intellexit aliqd inquantuꝫ curuũ: intellexit ipſuꝫ actu vtiqꝫ ſine illa carne: in qua eſt illud curuũ: ſic ergo mathematica que non ſunt ſeparata intelligit intellectꝰ tanꝗ̃ ſi ſint ſeparata: ⁊ hoc cum intelligat illud. i. cũ intelligat curuũ vel aliqd aliud mathematicum: ⁊ addit: ꝙ oĩo aũt intellectus qui eſt ſm actum eſt ſicut ipſe res: qꝛ res ſicut ſe habent ad eſſe: ita ſe habẽt ad cognoſci. nam ſicut res circũcernũt mãm: ſic intelliguntť ab intellectu: vt naturalia que circũcernũt materiã ſenſibilem intelliguntť cũ materia ſenſibili: mathematica vo q circuncernunt materiam intelligibilem intelliguntť cum materia intelligibili.

Dubitaret forte aliqs: qꝛ ſi res ſic ſe hñt ad eẽ ita ſe hñt ad cognoſci: ⁊ oĩo intellectꝰ q eſt ſm actũ eſt ſic ipſe res: vꝫ ꝙ res que non hñt eſſe ſepatũ nõ poſſint intelligi mõ ſepato ſine mẽdacio: quare mathematica que ſꝫ eſſe nõ ſunt ſepata a mã ſenſibili abſqꝫ falſitate ⁊ mẽdacio nõ poterũt intelligi ſine tali materia. ¶ Dicẽdũ ꝙ ſeparare aliqd ab aliquo duplr põt intelligi vel per negationẽ. vt dicas hoc nõ eſſe illud: vel per abſtractionẽ vt itelligas hoc non intellecto illo. pmꝰ modus ſemp eſt falſus. Nam ſi aliq̃ ſunt ꝯiũcta ⁊ ſepas ea p negationẽ ⁊ dicis illa nõ eẽ ꝯiũcta: oꝫ intellectũ ſic diuidẽtem falſuꝫ eẽ vt ſi hõ ⁊ riſibile ſunt ꝯiũcta ⁊ ſepas ea p negationẽ ⁊ dicis hoiem nõ eſſe riſibilẽ: oꝫ intellectũ eſſe falſum. Sed ſi ſeparas ea per abſtractioneꝫ: qꝛ intelligis hominem non intellecto riſibili nõ erit intell's falſus. pñt. n.

hoc modo pora ſeparari a poſterioribus: qꝛ poſſunt intelligi nõ itellectis illis. mathematica ḡ hoc modo intelligũtur ſepara a materia ſenſibili nõ ꝙ ſeparanť ꝑ negationẽ vt ꝙ intellectꝰ dicat mathematica nõ eſſe in materia ſenſibili: qꝛ tunc eſſet intellꝰus falſus: ſ; ſeparanť ꝑ abſtractionem: vt qꝛ itelligunť mathematica nõ itellecta mā ſenſibili. ℭ Eſt itaqꝫ diligẽter nõnᵐ ꝙ hec ſeparatio ex ipſa re ortũ ſumit: qꝛ nõ q̄libꝫ a q̄buſlibꝫ ſic ſeparari pñt. nã ea q̄ ſunt pora in eſſe de quoꝝ rõne nõ ſunt alia pñt ſeparari. ⁊ ſic itelligi nõ itellectis alijs. poſteriora võ de quoꝝ itellectu ⁊ rõne ſunt pora nõ pñt ſic ſepari: nec ſic itelligi non itellectis porib[9]: quare cũ quantũ ꝓcedat quale põt itelligi q̄tũ nõ itellecto quali: ⁊ qꝛ aliq̄d eſt ſenſibile ꝑ q̄litatẽ cũ itelligiť q̄tum ſine q̄li. itelligiť q̄tum ſine mā ſenſibili. hñ ḡ dcm̃ eſt ꝙ intellectus ſ̃m actuꝫ eſt ſ̃m ꝙ res: ⁊ ꝙ res ſicut ſe hꝫ ad eẽ ſic ſe hꝫ ad cognoſci: ⁊ ꝙ ſicut res circũcernũt mãm: ſic ab intellectu intelligunť. nã ex ipſa re ꝓuenit ꝙ aliq̄ res ſit de cuiꝰ rõne nõ ſit mā ſenſibilis: vt res nãlis: ⁊ aliqua de cuiꝰ rõne nõ eſt mā ſenſibilis vt res mathematica. intellectus ḡ eſt ſicut res: qꝛ qualis eſt res talis ẽ intellꝰus eius: vt ſi de rõne rei eſt mā ſenſibilis: de itellꝰu rei erit mā ſenſibil. Si võ de rõne rei nõ ſit mā ſenſibilis itellꝰus rei erit ſine mā ſenſibili. ℭ Deide cũ dic.

ℭ Utrꝫ aũt contingat aliq̄d ſeparatoꝝ intelligere ipſum exiſtentẽ nõ ſeparatũ a magnitudine: aut nõ: cõſiderandum poſterius.

ℭ Querit vtꝝ itellectus poſſit itelligere abſtracta ſimpľr dicẽs: vtrum aũt ꝯtingat ipm intellꝰum noſtrũ exiſtenteꝫ nõ ſepatũ a magnitudine intellꝰere aliq̄d ſeparatoꝝ. i. itelligere aliq̄ ſubāꝫ ſeparatã: vt aliquã intelligẽtiaꝫ: aut nõ cõtingat hoc cõſiderandũ eſt poſteriꝰ. videť. n. hec q̄ſtio ꝑtinere ad metaᵐ. nõ ad pſentẽ materiam.

**Dubitaret** forte aliq̄s: qꝛ vñr hec v̄ba phi ꝯdicere v̄bis ſupiꝰ habitis. nã ſupra dicebatur intellectꝰ imixtus ſepatus ḡ nec eſſet corpꝰ nec virtus in corpore. h̄ aũt pſupponit itellꝰum noſtrũ nõ eſſe ſeparatum a magnitudine. ⁊ hoc ſupponẽs q̄rit vtruꝫ itellectus exiſtẽs ſic nõ ſeparatus poſſit itelligere aliq̄d ſeparatuꝫ. ℭ Dõm ꝙ intellꝰum eſſe nõ ſeparatũ a magnitudine põt itelligi dupľr vel q̄tum ad eſſe vel q̄tũ ad opõnẽ. q̄tum aũt ad eſſe diceret intellectus nõ ſeparatus a magnitudine ſi hẽret eẽ in magnitudine: ⁊ ſi eẽt pfectio magnitudinis: vt ſi eſſet virtus organica. Sꝫ quãtuꝫ ad opationem dr̃ nõ ſepatus ſi in ſui actione indiget magnitudine. q̄tũ ergo ad p̃mum modũ. vꝫ. quãtum ad eẽ intellectus ẽ ſeparatus: qꝛ nõ eſt virtus organica: ſꝫ quãtũ ad opationeꝫ dr̃ nõ ſeparatus: qꝛ in ſui actõe indiget magnitudie: qꝛ indiget fantaſ. ſine q̄ nihil poſſumus actu intellꝰere.

